



# Specimen juris gentium maritimi inaugurale de placito: Libera navi libera merx

<https://hdl.handle.net/1874/319007>

SPECIMEN JURIS GENTIUM MARITIMI INAUGURALE

DE PLACITO:

"LIBERA NAVI LIBERA MERX."

СОТИЛЯ-ЗО

СХИЛЕ СИНИЕ ОЧАКИВАНИЯ

SPECIMEN JURIS GENTIUM MARITIMI INAUGURALE

DE PLACITO:

"LIBERA NAVI LIBERA MERX"

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

FRANCISCI CORNELII DONders,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRACTED.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLENNI EXAMINI SUBMITTET

HERMANNUS ROYAARDS,

Rheno-Trajectinus.

A. D. IX DECEMBRIS A. MDCCCLII, HORA I.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD C. VAN DER POST JUN.

MDCCCLII.

LIBR. OPTIMO CARRISSIMO

PATRI OPTIMO CARISSIMO

SACRUM.

## ПЛАЧАЮ

Все заслуженные земли вон заслоняю  
Изумрудные горы, изумрудные горы, изумрудные горы,  
Сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю.  
Все заслуженные земли вон заслоняю  
Изумрудные горы, изумрудные горы, изумрудные горы,  
Сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю.  
Все заслуженные земли вон заслоняю  
Изумрудные горы, изумрудные горы, изумрудные горы,  
Сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю.  
Все заслуженные земли вон заслоняю  
Изумрудные горы, изумрудные горы, изумрудные горы,  
Сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю, сквозь землю.

## PRAEFATIO.

---

Belli calamitates non tantum gentes belligerantes, sed plerumque etiam illae patiuntur, quae neutri hostium parti addictae sunt. Quod quum ob usum navium praedatoriarum imprimis in bellis maritimis obtineat, populi prospicere conati sunt, ut belli, cui non impliciti essent, tempore libera foret mercatura et navigatio, ideoque crebris foederibus de neutralitate maritima inter se converunt. Quam sane navigationis libertatem et vindicare et stipulari, ut omnium, ita praesertim earum gentium interesse debet, quarum conditio ea est, ut propter regionis exiguitatem aut situm geographicum in

bellis, inter potentiores gentes gestis, saepius neutralitatem observare possint. His profecto patria nostra adnumeranda est, cui mercatura maritima, pacis ac belli tempore acta, gloriam et divitias auxit. — Haec sunt, quae me impulerunt, quum studiis academicis finem impositurus haud inutile ducerem in conscribendo specimen inaugurali vires tentare, ut, suadente imprimis Promotore aestumatissimo, historicam inquisitionem de hoc vel illo neutralitatis maritima loco instituerem, atque indagarem quatenus variis temporibus gentibus mediis licuerit navibus suis hostiles merces transvehere, et quid hac de re jus gentium Europaeum statuerit. Quod argumentum eo magis mihi arrisit, quo accuratiora historiae tum universae tum maxime patriae nostrae postulabat studia. Tirocinium non est differendum in senectutem. Hoc igitur specimen ut Lector benevolus, si quis erit, pro tirocinio, mei ipsius exercendi causa dum veniae adhuc spes est confecto, habeat, enice rogo. Has autem studiorum primitias non possum non Tibi dicare, Pater carissime! Quid enim dicam, quo studiis academicis peractis summas tester gratias, quas Tibi ex imo pectore foveo? Puerum, juvenem me instituisti, docuisti,

semper amore intimo me complexus es. Quod Tibi debeo  
verbis significari nequit. Utinam Tuorum tot beneficio-  
rum et monitorum memor Te haud indignus semper  
reperiatur. Ut talem me conspiciens per multos adhuc  
annos incolmis serveris, faxit Deus Optimus Maximus!

Lubenter hanc occasionem arripi, ut publice Vobis  
gratias agam, Viri clarissimi, quos in Academia Prae-  
ceptores nancisci mihi contigit, Vobis imprimis, qui Or-  
dini Juridico adscripti estis, pro egregia vestra insti-  
tutione ac benevolentia, qua me semper prosecuti estis.  
Vestrorum erga me meritorum memoriam constanter  
animo meo infixam fore, Vobis persuasum habeatis.

Nominatim autem Te mihi compellare liceat, Vir  
clarissime VREEDE, Promotor aestumatissime, ut gratum  
testificer animum pro singulari benevolentia, qua in spe-  
cimine conscribendo mihi auxilia roganti nunquam de-  
fuisti. Pro consiliis datis, pro suppellectile litteraria  
fuse praebita gratias accipe maximas. Mihi meisque  
studiis favere pergere velis.

Tristissimum foret officium, quod restat, Vobis vale-  
dicendi, Sodales, quos per plures annos caros fidosque  
amicos expertus sum, nisi etiam post stadium academicum

amicitia coli posset. Etiamsi ob domicilia magis minusve remota et vitae civilis negotia haud eadem quae antea inter nos consuetudo familiaris obtinebit, amicitiam tamen nec tempora diluant nec absentiae. Vivite felices meique estote memores.

## SPECIMINIS CONSPECTUS.

	Pag.
<b>INTROITUS.....</b>	<b>1</b>
<b>CAPUT I. Quid ante saeculum XVII fuerit juris de merce hostili, navi mediae imposita.....</b>	<b>13</b>
<b>CAPUT II. Regula »libera navi libera merx“ pluribus foederibus inserta, inde ab ineunte saeculo XVII usque ad pacem Rheno-Trajectinam.....</b>	<b>27</b>
<b>CAPUT III. Quatenus regula »libera navi libera merx“ foederibus pacis Rheno-Trajectinae sancita sit.....</b>	<b>61</b>
<b>CAPUT IV. De immunitate mercis hostilis in navibus amicis repertae, inde a pace Rheno-Trajectina usque ad foedera Neutralitatis armatae (1713—1780).</b>	
§ 1. 1713—1756.....	71
§ 2. 1756—1780.....	90
<b>CAPUT V. Quid de regula »libera navi libera merx“ actum sit inde a foederibus Neutralitatis armatae usque ad Congressum Vindobonensem (1780—1815).</b>	
§ 1. Consociatio gentium de Neutralitate armata (1780—1793).....	99
§ 2. Gentium mediarum mercatura prohibita. Altera gentium de Neutralitate armata consociatio. Conventio Russo-Anglica (1793—1801).....	115
§ 3. Quid per tempora systematis continentalis de regula actum sit (1801—1815) .....	138
<b>CAPUT VI. Quid novissima foedera de immunitate mercis hostilis in navibus mediis repertae statuant.....</b>	<b>150</b>
<b>Conclusio.....</b>	<b>164</b>

“It is thus, by meditation on the experience of many centuries, that the wiser portion of the European nations have at length discovered the expediency of abstaining from the plunder and wanton devastation of hostile property on land; and that they will in time discover the expediency of abstaining from such plunder and devastation at sea.”

(*Edinburgh Review*).

## INTROITUS.

---

Plurimae omni aevo ortae sunt lites inter gentes in  
bello medias et belligerantes.

Hae enim hostium auferre res, vires frangere, com-  
mercia prohibere solent, nulla saepenumero ratione habita  
jurium eorum populorum, qui a neutra stant belligeran-  
tium parte.

Ex quadam necessitatis lege haud quidem negandum est  
bellantibus jus capiendi interdum, quantum poscat legitima  
sui defensio <sup>1)</sup>, naves mercesque hostiles, gentes vero  
mediae, quamdiu neutralitatem <sup>2)</sup> observant, nullam vim  
nullumque impedimentum pati debent: earum respectu  
(ut recte WOLFIUS ait) bellum non est; non licet iis com-

---

<sup>1)</sup> ULRICH, *Initia philosophiae justi s. juris nat., soc. et g.* § 634.  
HUBNER, *de la saisie des bâtiments neutres*, I, 21.

<sup>2)</sup> Voce barbara: *neutralitas*, usi sumus, latino sermone rem tra-

mercio cum hoste interdici, quoniam populo belligeranti jus non est leges praescribendi populo, suaeditio non obnoxio<sup>1)</sup>.

Etiamsi vero haecce gentis mediae cum hoste mercaturam faciendi libertas a belligerantibus agnoscatur (quod hodie a plerisque fieri solet), nondum tamen omnis controversia direpta est, praecepsim quod ad mercaturam maritimam attinet. Ut enim immunis sit a capture navis media, constet necesse est eam revera esse amicam. Crebrae inde de jure naves inspiciendi ortae sunt lites<sup>2)</sup>, nec minus

---

ctantes, antiquis ignotam. Adjectiva: *medius, amicus, pacatus*, etiamsi non accurate populum definitia a neutra belligerantium parte stans, praetulimus voci: *neutralis*, exemplum plurimorum scriptorum secuti. Vid. WHEATON, *Eléments d. dr. international*, II, 72. — Gentes mediae Belgice olim dicebantur *Stillezitters* (a. 1298) (v. MIERIS, *Charterb.* I, 594); *Stylzaet* (PODT, *Archief*, III, 187) et *Stilesaten* (a. v. D. GOES, *Register*, ad a. 1528, p. 93 et 96) significabant emtam neutralitatem.

1) DE MARTENS, *Précis du dr. d. gens mod. de l'Europe* (Paris 1831), II, 258. HUBNER, *de la Saisie*, I, 215 sqq. KLÜBER, *Droit d. gens mod. de l'Europe*, II, p. 444.

2) Eleganter a<sup>o</sup> 1845 illustrissimus GUIZOT in Concilio Delegatorum Gallico varia exposuit de jure navium perscrutandarum placita: »On a soutenu, d'une part, que le pavillon, vrai ou faux, pris légitimement ou non, couvrait complètement le bâtiment, qu'il était le signe infaillible, irrécusable de sa nationalité; que personne n'avait le droit d'examiner si ce signe était vrai ou faux.

»L'autre principe absolu, qui a été soutenu aussi, c'est que tout bâtiment de guerre appartenant à une marine militaire, a le droit de visiter, sans conditions, sans limites, sans responsabilité, tout bâtiment marchand qu'il rencontre, et de s'assurer, par tous les moyens quelconques, de sa vraie nationalité.

»Voilà les deux principes absolus, qui se sont trouvés aux pri-

de mercibus vetitis <sup>1)</sup>, de portibus obsessis, de foro  
navis captae, de repressaliis et praedatoribus. De his  
omnibus agere nos vetant propositi speciminis fines;  
statuimus enim inquirere, quid jus gentium Europaeum  
praecipiat de merce hostili, navi amicae imposta, et  
contra. Qua in re tractanda multa tamen se nobis  
offerent, quae locos memoratos, arctissime nostra cum  
quaestione junctos, spectant.

Ex eo, quod gentium mediarum cum hostibus mercatura  
et navigatio liberae manere debent, sequitur nullam com-  
merci partem posse prohiberi, quam antea exercere sole-  
rent. Iis igitur licet ab utroque populo belligerante emere,  
naves conducere, merces accipere vehendas, vendere utri-  
que, mercaturam quamcunque agere, omnes consuetos

ses: ni l'un ni l'autre n'est admissible. L'un est le brigandage  
des mers, l'autre est la destruction de la liberté des mers." Vid.  
MURHARD, *Nouveau recueil*, VIII, p. 305.

<sup>1)</sup> Ex jure gentium universalis, mediarum gentium cum hostibus  
mercaturae libertatem agnoscente, nullae merces pro vetitis, *con-  
trabanda*, habendae esse videntur. KLÜBER, *droit d. gens.* II, 444.  
PLOOS VAN AMSTEL, *Verh. over het recht van Commercie tusschen  
onzijdige en oorlogvoerende volken* (Amst. 1760), p. 96 sqq. Quod  
etiam ex nomine *contrabandae* effici potest; derivatur enim a vo-  
cabulo *bando*, quod significat *banum*, i. e. decretum principis  
vel magistratus. *Contrabando* igitur est, "quidquid contra publicam  
plegem vel interdictum principis fit, unde merces contrabandae  
medio aevo dictae sunt, quarum vecturam summi imperantes vel  
publica lege vel denunciatione saltem exteris facta, prohibuerunt,"  
teste HEINECCIO in *Exc. de navibus ob vecturam vetitarum mercium  
commissis*, I, § 10. Unice igitur secundum peculiaria foedera (quae  
civitatibus liberis sunt pro lege) merces prohiberi possunt.

inire contractus<sup>1)</sup>. Nullam eo neutralitatis legem violare, neque alteri belligerantium populorum parti prae altera favere dici possunt populi medii, quippe qui non hostium res agant, sed sua ipsorum commoda legitimo promoveant modo. Nec igitur delinquunt, quando naves suas ad mercium vecturam hostibus locent, nam »nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet<sup>2)</sup>.” Quod commercium transvectionis (*vrachthandel*) plurimis Europae gentibus omni tempore usitatum fuit.

Belligerantibus igitur non licet naves populorum medium, quamquam hostili merce onustas, publicare, quippe quae licitam agant mercaturam. Qua de re hodie omnes fere et gentes et scriptores conveniunt<sup>3)</sup>. Sed quid juris de onere? Num merces hostiles, navi amicæ impositæ, belligerantibus cedunt? Estne jus belli nullis circumscripsum limitibus? — Respondendum videtur: non cedunt, nam sunt certi hujus juris fines.

Quamquam enim negari nequit belligerantes interdum res hostiles auferre posse, salva tamen jura aliorum esse

<sup>1)</sup> Vid. HUBNER, *de la saisie*, I, 210, 212. — PLOOS V. AMSTEL, Verh. p. 134. — PESTEL, *Spec. exh. selecta capita juris g. mar.* Lugd. 1786, p. 41. — BERG V. MIDDLEBURGH, *Verh. over de afschaffing v. d. Kaapvaart*, p. 160. — C. VOLLENHOVEN, *Spec. de jur. et off. gentium in bello med.* Lugd. 1799, p. 22.

<sup>2)</sup> I. 151. D. de R. J. Vid. PLOOS VAN AMSTEL, *Verhand.* p. 90. — HUBNER, *de la saisie*, I, 71. — HEEREN, *Macht frey Schiff frey Gut?* In *Verm. Hist. Schr.* (Hist. Werke, I) I, 347.

<sup>3)</sup> Vid. DE MAERTENS, *Précis du dr. d. gens mod. de l'Eur.* II, p. 261.

debent; quia vero gentes mediae, quamdiu neutralitatem observant, navibus suis merces transvehentes hostiles, jure suo utuntur, jus illud non debet laedi. Unde sequitur res hostium in navibus amicorum repertas a capture immunes esse debere <sup>1)</sup>. Nullius enim momenti naves hostibus locandi jus et libertas forent, si merces mediis navibus impositas publicare liceret, quae sc. exercere belligantibus vi prohiberentur, quoniam neuter inter se bellantium populorum ulla merces navi imponeret imminentे captureae periculo <sup>2)</sup>. Quae merces hostilis navi amica vectae immunitas significata fuit placito: *libera navi, libera mera.* (*Vrij schip, vrij goed; le pavillon couvre la cargaison; vaisseaux libres, marchandises libres; bord libre rend la marchandise libre; frei Schiff frei Gut; free ships, free goods.*)

Contraria tamen argumenta multa, ex jure belli desumpta, plures attulerunt scriptores.

Fuere qui contendenter bellantibus gentibus esse jus auferendi res hostiles, ubicunque repertas. Ita BYNKERSHOEKIUS: »ea autem consulta,” ait »non sum, qui videam, cur non liceret capere res hostiles, quamvis in navi amica repertas; id enim capio, quod ho-

<sup>1)</sup> Vid. BERG v. MIDDLEBURGH, Afsch. v. d. Kaapvaart, 162.

<sup>2)</sup> »Or, accorder à quelqu'un le libre exercice de son industrie, sans lui permettre de l'exercer pour le service de ceux, qui en ont besoin, ce n'est point le lui accorder; c'est le lui interdire formellement.” — HUBNER, de la Saisie, I, 220.

»stium est, quodque jure belli victori cedit<sup>1)</sup>.“ — At haec viri summi dicta multis dubitationibus obnoxia sunt. Licet quidem bellanti res hostiles capere, quantum jubet necessaria sui ipsius defensio; qui vero amicam navem onere privat, laedit jura gentis mediae, licitam exerceantur mercaturam. Haec jam jura gentium, bello non implicitarum, fines constituunt, belligerantibus in capturis observandos. Quae autem circumscriptio neminem offendat, inde totum hoc belli jus irritum fieri contendentem. Non facile enim quidquam in jure inveniatur, quod nullis limitibus definitum sit: eatenus nimirum jus tuum exercere possis, quatenus id alterius juri non nocet. Nec ceteroquin jura belligerantium indefinita sunt; nemo enim est qui dubitet, quin navis, quae hostem fugiens portum gentis mediae intrarit, ab omni vi et impedimento tuta sit<sup>2)</sup>. Quam ob caussam negari non debet

1) *Quaest. Juris publ.*, I, 14. — Idem opinantur HEINECCIUS, *de navibus ob vecturam vetinarum mercium commissis*, II, § 9; DE VATEL, *Le droit des gens*, III, Cap. V, § 74 et Cap. VII, § 115. — HEEREN, *Macht frey Schiff frey Gut?* I, p. 347.

2) Navem medium a privatis hominibus exstructam in mari alto medii esse territorii partem plerique putant, quod nempe attinet ad jurisdictionem civilem et criminalem, non vero quod attinet ad delicta juris gentium, quorum cognitio omnium populorum est. Vid. FAUSTIN HELIE, *Traité de l'Instruct. Criminelle*, II, 510, scriptoresque ibi laudati, nec non ARENDT, *Essai sur la neutralité de la Belgique*, 195. DE MARTENS, *Précis*, II, 261. HUBNER, *Saisie*, I, 211. PLOOS VAN AMSTEL, *Verh.*, p. 136 sqq. VITRINGA, *Gedachten over de belangen en plichten der onz. mogendh.*, p. 122. WHEATON *Elém.* I, 124 sqq. et II, 99. C. ASSER, *Disp. de jure quod est civi gentis mediae*. Lugd. 1799, p. 54.

aequitas regulae »libera navi libera merx,” quod quaevis hostilia victori cedant<sup>1)</sup>.

Nec libera mercis hostilis per gentes medias vectura mulum afferre damni alteri hostium parti habenda est. Nam etiamsi ea vetaretur, non tamen gentes mediae prohiberi possent, quominus suis navibus suas ipsarum merces ad portus hostium ducerent, ibique venderent. Interdicta igitur rerum hostilium vectura valere quidem posset ad mercaturam gentis mediae prorsus extinguerendam, noi vero ad impediendum quominus mercem acciperent hostes, suamque in sua ipsorum regione venderent<sup>2)</sup>.

Non rectius alii, collisionem jurium, gentibus mediis et belligerantibus priorum, huic rei inesse putantes, mediarum gentium juribus derogandum esse dixerunt, quippe quorum damnum facilius reparari possit, ope pecuniae<sup>3)</sup>. Quod sane argumentum etsi magnam veritatis speciem habeat, re tamen bene perspecta non probandum esse videtur. Simul enim ac belligerantes neverint suas merces, quas mediis navibus imponere solerent, ab hostium capture immunes non esse, in tempora pacis mercium dimissionem different, damnum inde oriundum periculo capturae praferentes. Gentes vero mediae eo

<sup>1)</sup> Vid. BERG VAN MIDDLEBURGH, *Over de vraag in hoeverre volgens de jongste verdragen de onzijdige vlag vijandel. waar dekt in DEN TEX en VAN HALL, Bijdr. tot regtsg. en wetg., II, 1827, pag. 264.*

<sup>2)</sup> Vid. KLINKHAMER, *Disp. de bello propter successionem regni Hispanici gesto, pace Rheno-Traj. composita.* Traj. 1839, p. 183.

<sup>3)</sup> Vid. H. M. VAN DE POLL, *Diss. de principiis foederis q. d. neutralitas armata.* Lugd. 1821, p. 77 sqq.

prorsus privabuntur emolumentis, quae mercium alienum vectura afferre solet; nec naulum, quod a praedone huic illive navis magistro solvetur, damnum poterit resarcire, quod ex diruto commercio transvectionis passurae sunt. Qui autem populi mercibus indigenis aut omnino carent, aut eas perpaucas conficiunt, ex illa alienarum mercium vectura maximopere proficere solent: quin tota eorum mercatura maritima ea parte saepe constat.

Sunt qui ex ipsis neutralitatis legibus efficiant regulam »libera navi, libera merx“ non esse juris gentium universalis. Quae gentes mediae, aiunt, suas naves hostili onerant merce, non suam ipsarum, sed hostium mercaturam agunt, ideoque uni belligerantium parti prae altera faventes neutralitatem deserunt; unde belligerantibus jus est impedire quominus illae naves libere navigent. — Objiciendum vero, rem non ita se habere. Quodsi enim unius belligerantis res transvehit populus amicus, inde dici non potest uni prae altero favere, nisi recuset alterius quoque res suis navibus imponere<sup>1)</sup>; quod tamen gentes mediae non facile recusabunt, quippe quibus belli tempore mercium vectura maxima luera afferre solet. Commercium praeterea cum hoste non hostium gratia agunt, sed ut ipsae imprimis luarentur. Non potest inde effici benevolentiae studium auxiliique erga unum alterumve (dolus enim non praesumitur), sed legitima augendae prosperitatis cupido. Jure contra gens media

<sup>1)</sup> HUBNER, *de la Saisie*, I, 221.

neutralitatem rumpere dici potest, si orto bello commercium intermittit, quod pacis tempore cum uno belligerante egit; quandoquidem eo alteri faveat, cui in hoste debilitando opituletur <sup>1)</sup>.

Nec desunt denique, qui putent hoc placitum juris gentium universalis non esse, quippe quod ducat aut ad violanda jura unius in ceterorum detrimentum, aut ad collisionem jurium, ratiocinatione haud dirimendam: rem igitur unice foederum stipulationibus esse definitam <sup>2)</sup>. At vero nulla res jure positivo recipienda est, nisi quam justitia aut jubeat aut patiatur. Jam autem quae supra de limitato jure belli diximus, satis ostendunt hac in re dijudicanda et bellantium et medium gentium juris rationem habitam fuisse.

Ex juris gentium universalis igitur principiis immunitas mercium hostilium in navibus amicis repartarum tuenda videtur, justitiaeque et rectae rationi accommodata regula »libera navi, libera merx.” Quodsi judicium de re, quae in contrarias partes tot arma movit et calamos, a tirone nimis temere enuntiatum videtur, animadvertatur velimus idem etiam multis placuisse, quos laudaverimus sponsores. Quicquid est, placitum »libera navi, libera merx” cum JANO WITTIO <sup>3)</sup> legem juris gentium

<sup>1)</sup> BERG VAN MIDDLEBURGH, *Over de vraag.* p. 265.

<sup>2)</sup> ARENDT, *Essai sur la neut. d. l. Belgique,* p. 194.

<sup>3)</sup> »De fondamentele Regel van Navigatie ende Commerce Vry Schip Vry Goedt, dewelcken immers de twee meest commercierende

maritimi fundamentalem dicere malumus, quam cum BILDERDYKIO <sup>1)</sup> contendere id ex falsa fluxisse ratione.

Ex hisce argumentis facile efficitur, quid justitia praecipiat de mercibus amicis, navi hostili impositis, quas a captura immunes esse oportere, nemo erit qui neget. Ut enim omne mercatura genus, quod bonae fidei accommodatum est, gentibus mediis liberum esse debet, ita etiam facultas naves conducendi a quolibet populo, a belligerante haud secus atque ab amico. Quodsi navis hostilis belligerantium praedatoribus cedat, merces amicae impositae ideo publicari non debent, quod earum in navem hostilem impositio per se nullam fraudem ostendit, nullum uni pree altera parte favendi consilium. Qua in re tamen observandum est, necessario atque clare constare debere, onus revera esse amicum, quandoquidem assentiendum videatur Grotio, ex prae sumptione juris (non vero de jure) res impositas ejusdem domini esse affirmanti, cuius navis sit <sup>2)</sup>. — Immunitatem hanc esse justam plerique scriptores affirmant, qua de re longe major consensio est, quam de justitia regulae »libera navi libera merx.“ Nec vero huic objicias, rei

---

»Republieken van de gantsche Wereldt den anderen niet en behooren te disputeren.“ *Brieven*, III, 207.

1) *Gesch. d. Vaderlands*, ed. TYDEMAN, XII, 13; ubi »het Hollandsche absurde systeema van den koopmansgeest vry schip vry goed.“ — Vid. ad h. l. DE JONGE, *Gesch. van het Ned. Zeewezin*, V, 312, in not.

2) *De Jure B. et P.* III, VI, VI.

difficultatem: si quod attineat ad merces hostiles navi amicæ impositas dominus navis solus spectetur, haud secus merces amicas navi hostili impositas ob dominum navis esse publicandas. Nam jura gentium mediarum illibata esse debent: quodsi suas merces hostili navi imponentes nihil delinquunt, non debent poenam pati. Fатemur quidem multo facilius fore, si ex navis conditione immunitas aut justa publicatio oneris effici posset, sed commoditatis caussa jura violanda non sunt<sup>1)</sup>.

Quae tamen res utilitatis caussa effecit, ut gentes plerumque cum regula »libera navi libera merx» conjungerent placitum, »navi hostili, merx hostilis." Quarum regularum conjunctam applicationem significaverunt verbis »libera navi, libera merx et contra." Hanc ceteroquin copulationem non justitiae argumentis niti, sed contra navem merces liberas praestare debere, non vero eas publicationi obnoxias facere (le pavillon couvre la cargaison, mais ne la confisque pas), satis ex allatis argumentis patere videtur<sup>2)</sup>.

Permultum tamen abfuit, ut idem placitum continuo ac perpetuo jure gentium Europaeo (practico, positivo) receptum fuerit. Gentes enim, prout quaeque excellebant potentia, contraria professae sunt principia; quae vero potentioribus cedebant omni ope (saepe fru-

<sup>1)</sup> Vid. BYNKERSHOEK, *Quaest. Juris Publ.* I. 13. DE MARTENS, *Precis*, II, 262.

<sup>2)</sup> Vid. WHEATON, *Eléments d. dr. intern.*, II, 104 sqq.

stra) enitebantur, ut a marium dominatoribus regulam, de qua agimus, stipularentur. Quae de liberâ navigatione pugna magnam habuit vim in gentium vicissitudines, bella, commercia. Quocirca lubet in nobilissimae hujus paroemiae »libera navi, libera merx" inquirere historiam, quam exponentibus ut nobis adsit lectoris benevolentia etiam atque etiam fore speramus.

# CAPUT PRIMUM.

QUID ANTE SAECULUM XVII FUERIT JURIS DE MERCE  
HOSTILI, NAVI MEDIAE IMPOSITA.

---

Mercatura maritima olim magna ex parte praedando agebatur, nec munus piratarum, qui maria infestabant quaecunque poterant rapientes, illicitum habebatur<sup>1)</sup>. Crescente vero humanitatis sensu piratica in contemtum abiit. Principes itaque subditos suos vetabant, ad hostem depraedandum enavigare, nisi mandato instructi essent, quo prohiberentur navium rerumque capturae, quae gentis foederatae aut mediae proprietas essent<sup>2)</sup>. Inde

<sup>1)</sup> Vid. LAURENT, *Hist. d. dr. d. gens et des relations internationales*, III, p. 247.

<sup>2)</sup> Jura gentium in bello mediarij nullo modo agnoverunt veteres. Peregrinos Graeci barbaros, Romani hostes olim nuncuparunt. Vid. WHEATON, *Eléments*, II, 72. LAURENT, I. l. III, 10. Quin etiam postea jure Romano in pace quoque postliminium datum est; nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum habemus, hi hostes quidem

distinctio obtinuit inter praedones (corsaires, kapers) et piratas (pirates, zeeroovers): illi ex Principis auctoritate belli tantum tempore res hostium auferebant, hi vero nullius jurium rationem habentes in omnium, etiam amicorum, proprietatem grassabantur <sup>1)</sup>.

Quas autem literas commissorias cum pateret non satis valere ad cohibendas injustas praedonum capturas, collegiis archithalassicis <sup>2)</sup> mandatum est ut judicarent, utrum jure (i. e. secundum literas) captae essent naves an non. Quorum collegiorum judicia jus maritimum considerunt, variis locis diversum quidem, quod tamen sensim paulatimque usu comprobatum scribi coeptum est. Etsi enim leges Olerontis, Wisbycenses et liber, qui inscribitur Consolato del Mare a privatis hominibus congesta fuerint, eum tamen in modum cum gentium consuetudine et collegiorum judiciis conveniebant, ut in multis regionibus vim legis obtinuerint <sup>3)</sup>.

---

»non sunt; quod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum fit, et liber homo noster ab iis captus servus fit et eorum. Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perveniat.” 1. 5, § 2 D. de capt. et de postl. rec. (49.15). Quod si pacis tempore obtinuerit, haud dubitandum quin idem valuerit de gentibus in bello mediis. — Ostendunt tamen haec legis verba, mutua quippe jura statuentis, non omni jure caruisse exteris gentes. Vid. PÜTTER, *Beitr. zur Völkerrechtsgeschichte u. Wissens.*, p. 43. HASE, *das Jus Postlim. u. die Fictio Legis Corneliae*, p. 3, in nota 1.

1) Vid. v. BYNKERSHOEK, *Quaest. J. P.* I, 17.

2) De quibus vid. VAN DIJK, *Spec. de collegiis archithalassicis*. Traj. 1845.

3) Vid. DE GARDEN, *Hist. générale des traités de paix*, V, 13. WHEATON, *Hist. d. progrès*, I, 69.

Quum autem in Consulatu Maris prae ceteris collectionibus capita inveniantur, quae gentium in bello mediarum commercium spectant, de eo nobis, reliquis missis, agendum erit. Hujus enim libri eo majus est momentum, quod ejus placita per aliquot saecula universo fere jure gentium Europaeo recepta fuerunt.

Consulatū Maris de praedonum capturis caput 231<sup>1)</sup>), cui inscriptio : »du navire chargé de marchandises pris par navire armé,» ita statuit : »Lorsqu'un navire armé allant ou revenant, ou étant en course, rencontrera un navire marchand, si ce dernier appartient à des ennemis, ainsi que sa cargaison, il est inutile d'en parler, parce que chacun est assez instruit pour savoir ce qu'on doit faire.

» Mais si le navire qui sera pris appartient à des amis, tandis que les marchandises qu'il porte appartiennent à des ennemis, l'amiral du navire armé peut forcer et contraindre le patron du navire qu'il aura pris à lui apporter ce qui appartiendra aux ennemis, et même il peut l'obliger à le garder jusqu'à ce qu'il soit en lieu de sûreté; mais il faut pour cela que l'amiral ou un autre pour lui ait amarré le navire pris à sa poupe en lieu où il n'ait pas crainte que des ennemis le lui enlèvent; à la charge néanmoins par l'amiral de payer

<sup>1)</sup> Capitis numerum et verba laudamus secundum editionem, quam exhibuit PARDESSUS in *Collection de lois maritimes antérieures au XVIII<sup>e</sup> siècle II*, p. 303. Reliquae editiones habent numerum 273 vel 276, cujus rei caussam affert PARDESSUS, l. l. II. 1.

» au patron de ce navire tout le fret qu'il aurait dû recevoir, s'il avoit porté la cargaison là où il devoit la décharger, ou de la manière qui sera écrite sur le registre. Si, par évènement, on ne trouve point de registre, le patron doit être cru à son serment sur le montant du fret.

» Encore plus, si, par évènement, lorsque l'amiral ou quelque autre pour lui sera en lieu où il puisse mettre la prise en sûreté, il veut que le navire porte la marchandise confisquée, le patron ne peut s'y refuser. Mais ils doivent faire une convention à cet égard....

» Si le patron capturé refuse de porter les marchandises ennemis qui seront sur son navire, jusqu'à ce que ceux qui les auront prises soient en lieu de sûreté, malgré l'ordre que l'amiral lui en donne, celui-ci peut le couler à fond ou l'y faire couler, s'il le veut, sauf qu'il doit sauver les personnes qui montent le navire; et aucune autorité ne peut lui en demander compte, quelles que soient les demandes et plaintes qu'on lui en fasse. Mais il faut entendre, que toute la cargaison de ce navire, ou la majeure partie, appartient à des ennemis.

» Si le navire appartient à des ennemis, et sa cargaison à des amis, les marchands qui s'y trouvent, et à qui la cargaison appartiendra en tout ou en partie, doivent s'accorder avec l'amiral pour racheter à un prix convenable et comme ils pourront, ce navire qui est de bonne prise; et il doit leur offrir une composition

“ou pacte raisonnable, sans leur faire supporter aucune injustice. Mais si les marchands ne veulent pas faire un accord avec l'amiral, celui-ci a le droit d'amariner le navire et de l'envoyer au lieu où lui-même aura armé, et les marchands sont obligés de payer le fret de ce navire de même que s'il avoit porté leur cargaison au lieu pour lequel elle étoit destinée, et rien de plus.”

Ex Consulatū Maris igitur placitis merces amicæ semper a captura immunes habebantur, hostiles vero, ubicunque repertae (in navi etiam amica) praedonibus cedebant. In judiciis de captura nec navis mercem liberam praestabat, nec merx navem. Damnum vero, quod ex mercium captura pati cogebatur navis magister, nauo integro soluto resarciri debebat.

Recepta fuerunt haec de mercatura gentium in bello mediarum placita a plerisque Europæ populis inde a saeculo XIII usque ad XVI. Narrat enim GROTIUS (De Jure B. et P. III, I, V, 4, not. e) “apud Hollandos anno 1438<sup>1)</sup>, cum bellum ipsis esset cum Lubeca aliisque civitatibus, frequente senatu judicatum fuisse, etiam in hostium navibus repertas merces, quas aliorum esse constaret, in praedam non cedere: idque ibi pro lege deinceps habitum fuisse<sup>2)</sup>.” Constare tamen secun-

<sup>1)</sup> Eandem sententiam GROTIUS memoravit, l.l. III, VI, VI; sed ibi adscribitur a. 1338, qui numerus errori typographicò tribuendus videtur. Cf. nota BARBEYRACII ad eum locum, et BYNKERSHOEK, Quæst. J. P. I, 13.

<sup>2)</sup> Cet arrêt, qui fait honneur à la droiture intelligente de ce

dum illum 1) debebat, dominos mercium revera esse amicos, quoniam praesumtio juris (non vero de jure) adesset eundem esse et navis et oneris dominum.

Eadem placita in illorum temporum foederibus sancta animadvertere licet, e. g. in foedere inter urbes Pisas et Arelatum (Arles) a. 1221, inter EDUARDUM III et Urbes maritimas Biscajae et Castiliae a. 1351, atque ejusdem regis cum Urbibus Lusitaniae a. 1353; porro a. 1478 in foedere regis Angliae EDUARDI IV cum MAXIMILIANO et MARIA BURGUNDIAE 2). Haud aliter statutum fuit foedere d. 24 Febr. 149<sup>5/6</sup> inito inter HENRICUM VII Angliae regem et PHILIPPUM Pulcrum Archiducem (vulgo: 't Groot Commercie-Tractaat, Magnus Intercursus), cuius § 23 haec habet: »Item conventum est ut supra; quod Subditi unius Principum praedictorum, sive Mercatores fuerint, sive Nautae, Magistri Navium, aut Marinarii, non adducent, seu adduci facient per Mare fraudulose, vel quorumcunque colore, aliqua bona seu Mercandisa inimicorum alterius corundem Principum: et si secus egerint, et per Subditos alterius Principis Guerrae licite operam dantes super hoc interrogati fuerint, tenebuntur facere veram planam et justam confessionem et declaracionem, cui in ea parte pro tunc stabitur, iidemque

---

»peuple commerçant, a eu depuis chez lui force de loi." Ita HUBNER, *de la Saisie*, I, 27.

1) *De J. B. et P. III, VI, VI.*

2) Vid. WHEATON, *Hist. d. progrès I*, 86 sq., ubi ipsa verba foederis leguntur.

"interrogantes ulterius scrutamen in ea parte non facient. Sed si postea eundem interrogatum falso responderet, disses constiterit, tunc idem interrogatus interroganti, quem per falsam responsionem defrancavit, tantum de suo erogare tenebitur, quantum merces inimicorum per eum vectas, et, ut praemittitur, celatas, valuisse constituit 1)"

Nonnulla tamen illius temporis foedera reperiuntur, quae non eadem ac Consulatus Maris placita continent, e. g. foedus inter HENRICUM V, Angliae Regem, et JOHANNEM (JEAN-SANS-PÈRE), Burgundiae ducem, d. 17 Aug. 1417 Ambiani dictum 2) illudque quod EDUARDUS IV Angliae Rex cum FRANCISCO, duce Armoricae (Bretagne), a. 1468 init 3).

Itidem a communi regula recedebant Urbes Hansaticae, quae, dum bella gerebant, gentium mediarum cum hoste suo commercia omni modo prohibebant, quamquam sibi ipsis pacis tempore mercaturae cum hoste libertatem saepissime stipulatae sunt. Ceteroquin vero principia Consulatus Maris, quibus amicorum merces navesque liberae erant, hostiles vero captureae obnoxiae, per saecula XII—XVI ab omnibus fere Europae populis recepta fuisse dici possunt.

1) DUMONT, *Corps diplomatique* III, II, p. 318 et 336. — KLUIT, *Index Chronologicus* n. 89. Saepe hoc foedus postea restauratum est, ejusque stipulationes in legatorum Belgicorum mandatis saec. 17 memorantur.

2) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* V. 16. — Exhibet foederis tabulas DUMONT, *Corps dip.* II, II, 90.

3) Vid. WHEATON, *hist. d. pr.* I, 87.

Nec mirum sane haec principia id temporis plerisque Europae gentibus placuisse. Quamdiu enim mercatores navibus mercibusque adesse solebant, non multum difficultatis inquisitio praebebat, utrum onus amicum an hostile esset, atque ipse dominus facile res suas liberas in portu, quo navis capta appulerat, aut vendere, aut data occasione in destinatum locum mittendas curare poterat<sup>1)</sup>.

Haec autem de immunitate mercium amicarum (ubique cunque repertarum), hostilium vero (etiam in amica navi) legitima capture placita, satis universe<sup>2)</sup> observata, non constanter manserunt. Saeculo enim XVI Galliae reges Edicta dederunt, quae piraticam magis quam humanitatem redolebant, vetustamque barbariem in usum revocare videbantur. FRANCISCUS I nimis mense Feb. a. 1543 promulgavit Edictum (Edit sur l'amirauté, la juridiction de l'amiral, le guet de la mer, la course maritime etc.), statuens, si in navi amica merces hostiles reperirentur, jure a praedonibus capi posse non tantum hostiles illas merces, sed reliquum adeo onus navi impositum, etiamsi amicum, quin et ipsam navem<sup>3)</sup>. Neque hanc severitatem (quae significatur

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 15.

2) Quin etiam Egypti Praefectus (Sultan) eadem professus fuerat placita. Onus enim navis Sarracene, alumine constans, a. 1164 a Pisanis captum, quod putabant esse proprietatem Genuensem, quibuscum bellum gerebant, Praefectus reclamavit, quippe quod Saracenum haberet dominum; Pisani, rei veritate agniti, restituerunt merces captas. Vid. PARDESSUS, *Collection.* II, Intr. pag. cxxii.

3) Edicti art. 42 haec habet; »voulons et ordonnons que si les navires de nosdits sujets sont prises par mer d'aucuns navires

regulâ: *la robe d'ennemi confisque celle d'ami* <sup>1)</sup>) Galli post breve temporis spatium missam fecerunt. Anno enim 1584 rex HENRICUS III eadem placita instauravit, iisdem fere verbis usus <sup>2)</sup>. Galliae itaque Principes se gentium mediarum mercatum belli tempore aut omnino extincturos, aut maximopere saltem impedituros esse profitebantur; nam etiamsi haec edicta nonnisi Gallis praescriberentur, normam continebant, secundum quam collegia archithalassica de praedonum capturis judicabant; unde ceterarum gentium naves mercesque tempore belli, cujus Galli partes susceperant, maximopere periclitari debebant. Non poterant igitur haec edicta

s'appartenant à autres nos subjets, ou à nos alliez, confederez et amis, esquelles y ait biens, marchandises ou gens de nos ennemis, ou bien aussi navires de nosdits ennemis esquelles y ait personnes, marchandises ou autres biens de nosdits subjects, confédérez et amis ou esquels nosdits subjects alliez fussent prisonniers en quelque portion, que le tout soit déclaré de bonne prise.... comme si le tout appartenoit à nosdits ennemis." JOURDAN, ISAMBERT, DECRUSY. (ISAMBERT, DECRUSY, TAILLANDIER.) Recueil général des anciennes lois Franç. depuis l'an 420 jusqu'à la révolution de 1789, T. XII, 854. — Animadvertissement Gallos a jure Romano (l. pen. § 1, D. loc. cond. (XIX, 2)) ea derivasse placita.

<sup>1)</sup> Hanc enim veram regulae »la robe etc." significationem esse multa foedera, quibus inserta est, testantur, quin etiam plerique scriptores. (Robe enim a voce ital. roba derivatur, quae mercem significat. Vid. DE FLASSAN, Hist. de la dipl. Franç. III, p. 194). Fuere tamen nonnulli inter recentiores, qui, nulla addita mutatae sententiae caussa, regulam confuderint cum placito »navi hostili merx hostilis;" inter quos fuerunt VITRINGA, Gedachten, p. 121, et nuperime ARENDT, Essai sur l. neutr. d. l. Belg., p. 197.

<sup>2)</sup> Edit sur la jurisdiction de l'amiral, le droit de prise etc. Art. 69, in JOURDAN, Recueil gén. XIV, p. 556.

non maximopere odium excitare gentium earum, quae navibus suis alienas merces transvehere solebant, quippe quod commercii genus belli praesertim tempore populis mediis permagna soleat luera afferre.

In Anglia vero et in plerisque ceteris Europae regionibus eadem quae antea placita saeculo XVI vigere perrexerunt<sup>1)</sup>. Sed haec quoque gentium commercio nocere cooperant. Crescente enim in dies mercaturae vi, multi populi, quorum solum paucas res ad exportationem aptas gignebat, navibus parandis, iisque exteris ad merces transvehendas locandis, lucrabantur; quibus, si transvectionis commercium tempore belli impiedebatur propterea, quod hostiles merces ubicunque repertae erant publicabantur, omnis adimebatur divitias comparandi locus. Haud igitur mirum, si illi libella sibi placita pacisci conarentur. Quod vero commercii genus quum imprimis minoribus populis proprium esse soleat, non facile gentes potentiores a norma vertusta recedebant, quippe quibus mercis hostilis capture magna commoda afferre soleret. Verumtamen inde a dimidiatu fere saeculo XVII pacta iniri cooperunt, quae gentium mediarum commercio magis proderant. Uti enim antea res hostium, ubicunque repertae erant, publicabantur, ita nunc gentibus mercantibus stipulari contigit, ut immunes forent quae in navibus suis invenirentur; quae quidem foederum capita eo majoris

<sup>1)</sup> Vid. KLUIT, *Hist. fed.*, II, 433.

momenti erant, quo frequentius alienas merces transverse solebant.

Inter gentes, quae operam dederunt ut mercium hostilium immunitatem, suis navibus vectorum, impetrarent, primarias partes egerunt Belgii Foederati incolae. Indefessos saeculo XVII adhibuerunt nostros labores, ut sibi maris commerciique libertatem a ceteris gentibus vindicarent. Nec mirum! Ipsi enim, dum bellum cum Hispanis gerebant, hostibus suis merces afferre non desierant, unde multum erant lucrati. Etsi postea (a. 1599), quum commercia ex Hispanorum edicto iis interdicta essent, Ordines decreverunt se quarumcunque gentium cum Hispania mercaturam esse prohibituros <sup>1)</sup>;

<sup>1)</sup> Rex enim PHILIPPUS II Batavis inter bella commercium Hispaniae permiserat, sub aliarum quidem gentium nominibus, sed ita, ut appareret partem prudentiae fuisse velle decipi: sive spes reddituri obscuri vetuit in gentes exteriores id commodum transscribere, sen, quod eventu comprobatum est, metuit populis mari Valentibus, si Hispaniam clauderet, alium orbem aperire." Sed Rex PHILIPPUS III expertus satis constare, omnes Batavorum spes ex mari esse et mercatura, et maximos ex Hispania proventus, ut quo non suas tantum merces, sed et Sarmaticas fruges saliaque deferrent, aurum praecipue aut argentum relaturi, cuius ut copia apud Indiarum dominos, ita usus ingens commercia celebrantibus, sublata bellandi facultate bellum sua sponte casurum sperabat. "Conquisiti comprehensique per Hispaniam nautae, pars per supplicia excruciat, pars dati in carcerem aut remos." Venit igitur, "edicto novae Principis ISABELLAE nomine per Belga cam proposito," Hispaniae commercium incolas Foederatarum Provinciarum, quarum "Ordines, nautarum seditionem et mercatorum difugia metuentes, contrarium per edictum regestis facinoribus, quae olim in Belgis ac per Germaniam nuper patrata, et quae

etiamsi porro a. 1604 Anglorum per Scaldis flumen vetu-

»alia concitandae invidiae videbantur, vetant populos quoscunque  
»ullos commeatus resve alias in Hispaniam ferre: si qui secus faxint,  
»ut hostibus faventes vice hostium futuros: pescatores quoque emere  
»impunitatem ab hoste prohibiti, addito sibi curae fore tutum maris  
»usum, et si quis damnum pateretur de agrorum hostilium praeda  
»se cuique satisfacturos. Missum ad reges gentesque edicti exem-  
»plum, ne quis inceitiam excusaret. Paruit rex Galliae, ac si quis  
»suorum sex intra menses in Hispaniam navigaret, professus est,  
»privatum periculum fore: cacteri silentio transmisere." Vid. anno  
III (*Annales et Historiae de rebus Belgicis*, Amst. 1658) *Hist. l.*  
VIII, pag. 531. WAGENAAR, *Vad. Hist.*, IX, p. 55 sqq. — Editum (Placeaet) Ordinum Generalium Belg. Foed. d. d. 2 Apr.  
1599 memoratum, haec habet: »soo ist dat wy.... verklaert  
»hebben ende verklaren by desen voor goeden prys alle Per-  
»soonen ende Goederen, geseten onder het gebiedt van den  
»Koninck van Spangien, tot allen plaatzen daer men die sal mogen  
»bekomen; .... verbieden, interdiceren ende notificeren midts de-  
»sen, allen ende een yegelicken, van wat conditie, Rycken ofte  
»Landen hy zy, niemand uytgesondert, op eenige Havenen Steden  
»ofte Plaetsen van de vyanden .... directelick ofte indirectelick,  
»onder eenigh pretext ofte kleur, te laden, vocren, brengen ofte  
»transporteren eenige Schepen, Goederen, Waren ofte Koopman-  
»schappen, op de verbeurte van deselve, midtsgaders de Schepen,  
»Wagens ende Karren, daer men die mede voert." Vid. Neder-  
landtsche Placeaetboeck (ed. Schaep.) ann. 1581—1644, T. I, p.  
275. — Vid. de Belgarum, Hispanorum et Gallorum commercii liber-  
tate et prohibitione opus Cl. VREEDE, *Lettres et Négociations de PAUL  
CHOART, SEIGNEUR DE BUZANVAL et de FRANÇOIS D'ÆRSSEN* (Leide  
1846) passim, imprimis p. 359 (*Mémoire de M. de BUZANVAL sur la  
liberté du commerce des neutres, du 15 Mars 1599*), 82, 137, 238, 458.

Quantopere nocuerit ipsis Hispanis prohibita a. 1598 a rege  
PHILIPPO Belgarum cum Hispania mercatura, patet ex epistola  
Galliei apud Ordines legati DE BUZANVAL, d. Hagae Comitis d.  
4 Jan. 1599 (In opere Cl. VREEDE, *Lettres et négociations l.*, p.  
50): »Or, en cas que cet arrest dure, .... nous n'aurons pas

erint navigationem <sup>1)</sup>, vel sic tamen prohibitions illae, quas jubebant imminentia temporum pericula, exceptions habendae sunt; multumque Belgis cordi fuit marinum et navigationis libertas, quam, accommodatam quippe juris gentium universalis praeceptis, vindicare scriptis <sup>2)</sup> aliisque modis sibi tueri inde a saeculo XVII maximopere cooperunt, nec per saecula desierunt. Haud igitur miramur eos, recte intelligentes quantum sibi commercium transvectionis proficeret, omnem intendisse operam, ut regulam »libera navi libera merx» foederibus sibi stipularentur. Quamdiu enim a gentibus potentioribus non concederetur immunitas mercis hostilis, navibus amicis impositae, non facile populi, si bellum praevidendi timendive locus esset, alienas naves ad suas merces transvehendas conducebant. Quum vero placita Consulatus Maris, a plerisque gentibus ante saec. XVII recepta, hanc immunitatem denegarent, ipsique adeo Galli coepissent regulam

»peu d'affaire par deça à reclamer les vaisseaux des sujets du Roy, qui iront en Espagne, où la famine est telle maintenant, et spécialement en Portugal, qu'on a avis par deça, que ces peuples commencent à murmurer contre cet arrest, d'autant qu'ils sentent le défaut de l'abord des navires de ce pays. Les gouverneurs de Portugal sont allez en cour pour remontrer, qu'il n'y a moyen que ledit Royaume puisse subsister sans la liberté du commerce de ces Provinces (Belgi sc.), qui y a de tout temps été retenue.»

<sup>1)</sup> Vid. GROTHI, *Hist. Lib.* XIII, p. 648. WAGENAAR, *Vad. Hist.* IX, 177.

<sup>2)</sup> Inter quos nominandus est GROTIUS in libro: *Mare liberum.*

sequi »la robe d'ennemi confisque celle d'ami," jam no<sup>o</sup>  
bis apparebunt gentium conatus, ut mitiora foederibus  
insererentur placita; quos, satis felici eventu imprimis  
a Belgis adhibitos, animadvertere, jucundum officium  
praebet, quo sequenti capite fungemur.

## CAPUT SECUNDUM.

REGULA "LIBERA NAVI LIBERA MERX" PLURIBUS FOEDERIBUS  
INSERTA, INDE AB INEUNTE SAECULO XVII USQUE AD  
PACEM RHENO-TRAJECTINAM.

---

Quam gravia ex Edicti Galici a. 1584 praeceptis plurimae gentes, mercaturaे operam dantes, necessario pati debuerint damna, e severis placitis, spoliationem magis quam justitiam redolentibus, luce clarius patet. Accedebat metus ne edicti placita a ceteris quoque gentibus recipierentur, aut vindictae (repressaliis) aut injustae lucri spei cedentibus.

Regulas autem, a plerisque populis observatas, mutandas curare eo difficilius praebebat munus, quo plura emolumenta navium merciumque capturae afferre solebant. Unde rite gentes intellexerunt mitiora placita nonnisi privilegiorum instar, singulis concessorum, impetrari posse. Quid mirum igitur si Belgae, qui in dies magis magisque alienis mercibus transvehendis operam dabant, quibusque

Gallorum depraedationes maximopere nocebant, praeceteris remissionem Edicti a. 1584, sibi saltem, stipulari conati sunt; quod illis demum contigit anno 1646. Quos conatus enarrare quum nobis proposuerimus, paullo accuratius agendum erit de XVII saeculi foederibus, originem ostendentibus principiorum, quae, prisco juri positivo et consuetudinario derogantia, juri gentium universalis vero accommodata, hodie a plerisque gentibus magis magisque recipiuntur.

Memoratur quidem Capitulatio ACHMETI Turcarum Imperatoris, in Gallorum gratiam d. 20 Maii a. 1604 data, ita statuens: » Voulons et commandons, que les marchandises, » qui seront chargées à nolis sur les vaisseaux français, » appartenantes aux ennemis de notre Porte, ne puissent » être prises sous couleur qu'elles sont de nos ennemis <sup>1)</sup>; sed haecce privilegiorum declaratio et enumeratio, Gallis concessorum, foederis nomine appellari nequit, quoniam Galli a sua parte nulla concederunt <sup>2)</sup>. Facile ceteroquin explicari potest Turcas, quorum commercium et opes maritimae minoris erant momenti, omni tempore eadem fuisse principia <sup>3)</sup>; nec igitur mirandum eos Galli concessisse privilegia, quae ipsis ob raram depraedandi consuetudinem parum noxia essent, etiamsi ipsi a Gallis eadem impetrare non potuerint. Haec itaque me-

<sup>1)</sup> Art. 12. Vid. D'HAUTERIVE ET DE CUSSY, *Recueil des traités de commerce et de navigation de la France etc.*, I, II, 459.

<sup>2)</sup> Vid. DE FLASSAN, *Hist. générale et raisonnée de la diplomatie Française*, II. 227 in nota. — WHEATON, *Elém.*, II, 107.

<sup>3)</sup> Vid. HUBNER, *de la saisie*, I, 222 sqq.

ra liberalitas potius testimonium habenda est Turcarum erga Regem amicitiae, callide a legato Gallico DE BRÈVES impetratum, quam cum multis scriptoribus <sup>1)</sup> tamquam primum humanioris legislationis exemplum celebrandum.

Mense Julio a. 1612, opera legati Belgici CORNELII HAGA <sup>2)</sup>, paria privilegia ACHMETUS concessit Ordinibus Provinciarum Foederatarum, capitulatione (non foderare) data, qua non tantum Belgarum merces, quae in navi hostili (etiam una cum mercibus hostilibus) reperientur <sup>3)</sup>,

<sup>1)</sup> Ita e. g. DE GARDEN, *Hist. gén.*, V. — Nec accuratius WHEATON, *Hist. d. prog.*, I, 162, capitulationem a. 1604 dixit: »l'exemple plus ancien» regulae »libera navi libera merx." Invenitur enim foedus a. 1351 inter Angliam et Urbes Hispaniae maritimas initum (DUMONT I, II, 265), quo identidem res hostiles in navi amica repartae immunes declarantur. Quum autem per tria fere insequuntia saecula Consulatūs Maris placita satis universe viguerint, foedus a. 1351 accuratius dixeris exceptionem fortuitam, quam juris gentium recentioris fundamentum. Vid. DE MARTENS, *Précis*, II, 273.

<sup>2)</sup> Idem HAGA a. 1610 in Sueciam missus fuerat, ut de restitutione durarum navium ageret, eamque legationem satis felici cum eventu egerat. De HAGAE vita et meritis vid. CL. VREEDE, *Nederland en Zweden*, Utr. 1841, I, p. 26—42; VAN HARDERWIJK, *Levenschets van Mr. CORNELIS HAGA (met wapens en facsimile)*; et J. SCHELTEMA, *Staatkundig Nederland*, I, p. 415 sq.

<sup>3)</sup> Vid. *Groot-Placaetboeck*, III, p. 333 art. 5: »Niemant sal moghen seggen tegen eenigh Koopman van Nederlandt, die om syn Koopmanschap te doen soude mogen varen in een Schip van anderē Christenen, die hier geen Ambasciadoor of vrientschap houden: Nadien ghy gevonden zyt op een Schip van Volk, dat geen Vrede met den Gr. Hr. heeft, soo willen wy uw tot slaven maeken, en uw goet confisqueren; hetselfe sal niet mogen geschieden, byaldien sy gaen om haer Koopmanschap te doen." — Vid. te artt. 6 et 7.

sed etiam res hostiles, navibus Belgicis impositae, immunes declarantur 1).

Primum autem foedus, quo a Gallis remissio Edicti a. 1584 impetrata est, ictum fuit die 18. m. Apr. a. 1646 2). Belgae enim per bellum, quod, dum Gallos socios habebant, cum Hispanis gerebant, commercia cum hoste agere non desierant, merces Hispanicas transvehentes. Eorum vero naves in mari alto capiebantur a praedonibus Gallicis, quas capturas ex Edicto a. 1584 collegia archithalassica confirmabant. Non potuit non magnum inde Belgis oriri detrimentum. Parisios igitur missus est Commissarius REYNST, qui cum legato ordinario GUILIELMO VAN LIER, toparcha ab OOSTERWIJCK, hac de re in aula Gallica ageret. Eorum opera foedus ictum est, cuius articulo I in *quatuor annos severitas* Edicti HENRICI III tollebatur.

---

1) Art. XXIII. »Soo der eenige Koopluyden en Christenen die »geen Vrede met Ons hebben, op de Schepen van de voorsz. Nederlanders eenige goederen sullen laden, sal men het selvige goet »niet mogen nemen en confisqueren, onder praetext dat het ander Luyden toekomt, geen Vrede met Ons hebbende, en in gevalle yemandt van de voorsz., 'tzy wegh gaende uyt de Landen, »'tzy komende om haer Koopmanschappen te doen in de Schepen »van de voorsz. Nederlanders, in sulcken cas tot Slave gemaectt »waer, sal hem datelyck syn vryheydt gegeven werden.”

Hunc articulum, statuentem res hostium in amicorum navibus repertas immunes esse, neglexisse videtur DE GARDEN, *Hist. gen.*, V, 17.

2) Foedus legitur ap. v. AITZEMA, *Saken van Staet en Oorlogh*, (Fol.), III, 124; gallice ap. D'HAUTERIVE ET DE CUSSY, I. II, p. 254 et DUMONT, VI, 1, 342. — Vid. DE PLASSAN, III, 140.

immunesque declarabantur omnes merces, Belgarum navibus impositae<sup>1)</sup>, exceptis tamen mercibus vetitis, aut in loca a Gallis obsessa missis. Durante igitur bello cum Hispania Belgae Gallorum consociationem adhibuerunt, ut commercii sui commodis prospiccerent; primisque illis contigit mutuo foedere ea statuere principia, quae hodieque jure gentium Europaeo magis magisque recipiuntur. Quae enim antea Turcarum Imperator indulserat capitulationes, nonnisi privilegia continebant, quae tunc temporis juri gentium contraria videbantur; sin vero forte unum alterumve foedus superioris temporis affertur<sup>2)</sup>, facile quis eo juri gentium Europaeo quemadmodum eo tempore vigebat derogatum fatebitur, minime vero novam eo initam fuisse viam contendet. Belgae autem ab hoc inde tempore strenue vires intenderunt, ut in omnibus posterioribus foederibus libertatem maris, ideoque immunitatem mercium hostilium, navibus amicis vecta-

<sup>1)</sup> »In sulcker voegen dat de schepen, die op Koopvaerdy varen met de patcnt ende 't paspoort van den Admirael der Verneenichde Nederlanden .... vry sullen syn, en al hun last vry sullen maken, schoon daar Koopmanschap, ja Graen en Saet in was, 'twelck den vyanden toeboorde (seront libres et rendront aussi toute leur charge libre, bien qu'il y eût dedans de la marchandise, appartenant aux ennemis). Huic articuli inesse regulam »libera navi libera merx» recte affirmat WHEATON, *Hist. du prog.*, I, 166, negat vero in *Eléments* II, 107 sq. Animadvertisendum tamen BOREELLI Epistolam hic laudatam scriptam fuisse d. 28 Nov. 1653 (obviam in DE WITT, *Brieven*, I, 50), neque igitur de foedere a. 1646 ineundo, verum de renovando egisse.

<sup>2)</sup> Vid. supra pag. 29, not, 1.

rum, sancirent, initio quidem in consuetudinum derogationem, sed etiam ut in posteriora tempora jus gentium Europaeum secundum justitiam simulque in commercii salutem informarent.

Hosce Belgarum conatus ut per bellum Hispanicum, ita mox libera Republica majori ardore adhibitos animadvertere licet. — Paci Monasterensi Hispaniam inter et O. O. Prov. Foed. peculiaris additus est articulus, commercium spectans <sup>1)</sup>, ipsi foederis corpori idcirco haud insertus, quod legati Galliam ad pacem accessu ram esse speraverant, quo articulus foret superva-

---

1) Art. sep. legitur apud v. AITZEMA III, 242, quo inter plura statutur: »De Ondersaten ende Inwooners der Vereenighde Nederlanden vsullen moghen varen, zeylen ende handelen, in alle vryheit en seeckerheyt in alle de Koninckrycken, Staten en Landen, die in vrientschap ofte Neutraliteyt met de Staet der Vereenighde Landtschappen zyn ofte sullen wesen, en sullen in haer scheepvaert en Koophandel niet mogen getroubleert ofte ontrust worden by ghelegenheyt van de vyandtlyckheden, die nu ghevonden worden, ofte hierna sullen worden ghevonden tuschen de geseyde Heer Koningh van Spaengien, ende voorghenoemde Koninghrycken, Staten ofte Landen, of eenige van dien, die in vrientschap ofte in Neutraliteyt met de voorgenoemde Heeren Staeten zyn, sonder dattet nochtans geoortloft sal zyn aan dengenen die vyanden van de geseyde Heer Koninck verclaert zyn, verboden Koopmanschappen te brenghen . . . .” dat de scheepvaert en Koophandel van de Ondersaten der Ver. Nederlanden op Vranckryck en hier weer sal mogen, gelyk te vooren, gecontinueert worden, met sich te onthouden van in Vranckryck koopmanschappen ende Waren te voeren, die uyt de Staten van den Koninck van Spangien ende zyn Landen voortkomen, ende tegen hem, en tegen zyn geseyde Staten akonnen dienen etc.”

euus. Quam vero populorum, pacem cupientium, spem felicit eventus. Galli enim non solum pacem non inferunt, sed etiam contra Belgas, quippe qui separatum foedus iniissent, iram foverunt, cujus vestigia mox se nobis offerent. Ut enim ante pacem Galli nostratisbus socii fuerant, Hispani hostes, ita libera Rep. plerumque contrarium obtinuit <sup>1)</sup>.

Post pacem Monasteriensem igitur bello inter Gallos et Hispanos nondum composito, Belgae, separato pacis articulo freti, commercium cum Gallis agere perrexerunt. Mox vero Hispani Belgarum naves ad Galliam navigantes ceperunt Ostendamque duxerunt, ex ejusdem, ut dicebant, articuli vi: dissentiebant enim de vocabulis "gelyk te vooren <sup>2)</sup>." Ordines JOHANNEM COPES legatum ad LEOPOLDUM Archiducem miserunt ad naves captas reposcendas, deque articuli significatione agendum. Hispani jure se naves cepisse contendebant <sup>3)</sup>; effecit tamen PEGNARANDA ut naves dominis restituerentur <sup>4)</sup>. Ne vero in posterum de libera navigatione lites nascerentur, Belgae maxime enitebantur ut novum cum Hispanis foedus inirent, quod articulum separatum clarius explicaret.

M. Junio a. 1649 Hispaniae Rex legatum ordinarium

<sup>1)</sup> Vid. KLUIT, *Hist. fed.*, I, p. 164 sq. et 286.

<sup>2)</sup> Vid. WAGENAAR, I. I. XII, 21 sq.

<sup>3)</sup> Quod ut declararet, LUD. DESCORTES ab Archiduce ad Ordines legatus est. WAGENAAR, I. I. XII, 24.

<sup>4)</sup> Vid. v. AITZEMA, I. I. III, 274.

Hagam misit ANTONIUM BRUN, quocum Ordines felici-  
ori jam cum eventu de foedere maritimo ineundo egerunt  
quam antea cum LUDOVICO DESCORTES <sup>1)</sup>), et cuius opera  
post multas sententiarum dissensiones tandem foedus die  
17 m. Dec. a. 1650 ictum est, quo dicuntur mercessequi  
navis qualitatem, amicae nempe in navi hostili capi posse,  
hostiles in navi amica esse immunes <sup>2)</sup>.

Foedus hoc, separatum pacis Monasteriensis articu-  
lum explanans (ut patet ex art. XVI), satis ostendit,  
Belgas commercii commoda maxime cordi habuisse.  
Uti enim quatuor annis ante a Gallis, ita nunc a pristinis  
suis dominis ea jura impetrarunt, de quibus antea aut  
privilegii instar, aut in contrariam prorsus partem inter  
gentes conventum fuerat. Hac demum libertate sibi

<sup>1)</sup> WAGENAAR, l. l. XII, 45.

<sup>2)</sup> Legitur apud v. ARTZEMA, l. l. III, 480 et *Groot Plac. Boeck*, I, 109.

Art. XIII. Daerenboven is noch geaccoerdeert ende overkomen,  
dat alle het gene bevonden sal worden geladen te zyn door de voor-  
noemde Onderdanen ende Inwoonders van de Geunieerde Provintien  
in een Schip van de Vyanden van de hooghst-gemelten Heer Koningh,  
al-hoe-wel het geen verbodene Coopmanschap en waren, geconfisquert  
sal worden, met alle het geene in het voorseyde Schip gevonden sal  
worden, niets uytgesondert nochte gereserveert.

Art. XIV. Maer andersints oock, sal liber ende vry zyn alle het  
geene in de Schepen toe-behoorende de Ondersaten van de hoogh-  
gemelte Heeren Staten Generael zyn sal, al-hoe-wel de ladinghe,  
ooste een ghedeelte van dien, de Vyanden van den hooghst-ghemelten  
Heer Koning toe-behoorde, uytgesondert de Coopmanschappen van  
Contrebande, ten opzichte van dewelcke men sich sal reguleren naer  
hetgeene in de voorgaende artyckelen is gedisponeert.

vindicata mercaturam illam tam late patentem agere potuerunt, qua iis contigit inter principes Europae gentes maritimas magnum locum tenere <sup>1)</sup>. Nulla gens saeculo XVII tanto cum ardore et cum tam felici eventu hanc immunitatem sibi quaeasivit, nec postea ad hunc usque diem tam strenue petiit. Siquidem in subsequentibus foederibus rebusque gestis variarum gentium eam saepius violatam videbimus, iidem tamen Belgarum conatus constanter apparebunt. Haud dubitandum ceteroquin, quin iis justitiae principiis vindicandis nostrates multum attulerint, ut ea hodie magis universe accipientur, nec facile quis dissentiet a viro ampl. SCHOELL dicente: »Cette république, en faisant des efforts pour établir cette législation, devint la créatrice du nouveau droit maritime Européen <sup>2)</sup>.»

Animadvertisendum autem est huic foederi una cum regula »libera navi libera merx" insertam esse regulam »navi hostili merx hostilis," quae placitorum consociatio in plerisque foederibus ad nostra usque tempora inventur, quoties prima regula sancita fuit. Nec caussa latet. Gentium nimurum, quarum regio paucas fert merces ad exportationem aptatas, quae vero mercium transvectioni operam dant, pluris interest regulam stipulari »libera navi libera merx," quam immunitatem mer-

<sup>1)</sup> Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 18.

<sup>2)</sup> KOCH, *Hist. abrég. d. traités par SCHOELL*, IV, 19. DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 17 sq.

cium suarum, hostilibus impositarum navibus, quippe naves alienas conducere non solitae. Qui vero potentes populi, concedenda immunitate mercis hostilis, navi amica vectae, missa faciunt emolumenta (injusta profecto), quae capturee afferunt, compensationis instar applicationem regulae "navi hostili merx hostilis" sancient curant. Conuncta igitur stipulatio utriusque populi paciscentis commodis plerumque respondet.

Variae mox exstiterunt caussae, quae a foedere, a<sup>1</sup> 1646 icto, observando Gallos avocarunt. Aegre enim ferens Rex Galliae, quod Belgae *separatam* cum Hispanis pacem iniis- sent (cujus confirmationem per Ordines frustra prohibere conatus erat), revocato legato DE LA TUILLERIE<sup>1</sup>), depraedationes in Mari Mediterraneo passus est in magnum detrimentum Belgarum, qui ex Italia in Hispaniam merces transvehere solebant<sup>2</sup>). Plures praeterea naves Belgicae, in Hispanorum commodum oneratae Ostendamque tendentes, a Gallis capiebantur et publicabantur Dunkerke vel Caleti. Legatus extraordinarius (Resident) BRASSETUS, quem revocato legato ordinario Gallus suo nomine agere jussérat, de his foederis a<sup>1</sup> 1646 violationibus interrogatus, respondit jure eas obtinere, quoniam Belgae a Gallis separassent, neque ipsi igitur foederum fidem servassent<sup>3</sup>.

1) Vid. v. AITZEMA, III, 243, 257 et 272.

2) Vid. WAGENAAR, I. I. XII, 6.

3) Vid. v. AITZEMA, I. I. III. 283.

Quapropter Ordines BOREELIO (in locum legati ab oosterwyck mense Julio 1650 Parisios misso) mandaverunt, ut non tantum pacem Galliae cum Hispania promoveret, sed etiam ut de navium captarum restitutione in aula Gallica ageret<sup>1)</sup>, deque novo ineundo mercaturaे pacto, aut de foedere a<sup>i</sup>. 1646 per aliquot menses prolatando, quippe quod illo anno finiretur<sup>2)</sup>.

Eo magis haec res Belgis cordi erat, quod d. 1 m. Feb. 1650 LUDOVICUS Edictum promulgaverat (*Déclaration du Roy, portant Règlement sur le fait de la Navigation, Armement de Vaisseaux, et des prises qui se font en Mer*<sup>3)</sup>), quod foederi inito plane contraria placita continebat. Etsi enim Edictum declarabat omnia foedera erga gentes socias servatum iri<sup>4)</sup>, satis aperte Rex jam antea ostenderat, se foedus cum Belgis solutum habere. Idem praeterea luce clarius testabantur ipsius Edicti verba: in posterum publicanda esse bona hostilia amicis navibus

<sup>1)</sup> WAGENAAR, 1. I. XII, 51. — *Resol. Ord. Gener.*, 10 Jun. 1650. Navium captura mercatoribus Amstelodamensibus plurimum (amplius VII) millionum florenorum damna attulerant.

<sup>2)</sup> v. AITZEMA, 1. I. III, 475.

<sup>3)</sup> Quod legitur apud v. AITZEMA, 1. I. III, 420.

<sup>4)</sup> Sc. art. I, . . . »Nous avons par ces présentes signées de nostre main, dit et déclaré, disons et déclarons, que nostre intention a tousiours esté d'observer fidelement les traitez et conventions, qui sont entre nous et nos voisins et alliez, . . . . aussi voulons et ordonrons que suivant et conformement ausdits traitez, le Commerce soit et demeure parfaitement seur et libre à nosdits alliez.

vecta<sup>1</sup>). Facta mox verba secuta sunt. Continuabantur depraedationes Gallorum contra Belgas in Mari Mediterraneo, quam ob rem ceterae gentes mercibus suis Belgicas onerare naves desinebant, Anglicis ad transvectiones utentes<sup>2</sup>). Neque tamen multum hac in re efficere potuit BOREELIUS, nec quod ad damnorum restitutionem, nec quod ad foedus attinebat.

Maximopere igitur periclitabatur hoc tempore Belgarum mercatura, atque omnino fere exstinctum iri videbatur, promulgata d. 9 m. Oct. anni sequentis Lege Navalii in Anglia (Acte van navigatie, Increase of shipping and trade), qua Angli, vetantes merces exteris importari nisi vectas navibus Anglicis aut illarum gentium, quibus indigenae essent (sous le pavillon de la puissance), suam mercatum promovere, Belgarum vero deminuere conati sunt<sup>3</sup>).

1) Sc. art. II, »Aucun capitaine.... ne pourra arrester les vaisseaux de nos amis et alliez, après qu'ils auront amené les voiles, sur la semonce qui leur en sera faite, et monstré leur chartepartie et police de chargement des marchandises, chargées pour le compte de nos amis et alliez.“

Et art. VI. »Si aucune prise avoit été faite par aucun Capitaines nos subjets, les procedures en seront faites... et les marchandises qui se trouveront appartenir à nos amis, alliez, et subjets rendues et restituées, et les autres appartenans à nos ennemis confisquées et adjugées à qu'il appartient, suivant la rigueur de nos Ordonnances.“

2) Vid. v. AITZEMA, l. l. III, 643 sq.

3) Ipsa verba affert v. AITZEMA, l. l. III, 667 sqq. — De Legis origine et auctore varias sententias affert H. J. VAN DER HEIM, Diss. de legationibus a Conrado Beuningio gestis usque ad a. 1672. (Lugd.

Mense Nov. Parliamentum insuper literas repressaliarum dedit privatis hominibus, quorum naves magno detimento Hollandos Zeelandosque affecerunt <sup>1)</sup>). Quas quum ob caussas in dies magis foedus pacis et mercaturae cum Anglis desideraretur, mense Dec. 1651 Ordines tres legatos Londinum miserunt <sup>2)</sup>), quibus inter cetera mandatum est foedere pacisci, ut libera foret Belgis navigatio. Quum vero art. XXX mandati <sup>3)</sup> statueret, ut merces subditorum utriusque civitatis, in hostium navibus repartae, publicari possent, mox mandato addita-

1847) p. 65, not. 2. — Cf. P. SIMONS, *Diss. de Anglorum lege navalij ejusque vi in patriam nostram*, (Traj. 1820) p. 5, sqq. et H. J. VAN DER HEIM, *Iets over vroege scheepvaartwetten*, ('s Gravenh. 1850) p. 25—29. — Dicitur haec Lex (in *Declaratione et fidei expositio omnium eorum quae ad servandam pacem cum Anglis Ord. Belg. Foed. peregerunt et causarum quae ipsos permovereant ad retrorsum d. d. 2 Aug. 1652, in DUMONT, l. l. VI, n. 31): «un meschant Arrest, et qui ne ressentait ni le bon Amy, ni le bon Voisin, par lequel la liberté accoutumée du Negoce étoit notablement escouffie, et la correspondance entre les deux Nations assés retranchée de ce côté-la.» — Vid. ceterum de hujus Legis Navalis (a. 1660 et postea saepe instauratae) historia, de mutationibus, quas (prae- sertim a Republica Civitatum Americ. Foed. petitas) passa est, et de conatibus Administrorum HUSKISSON et PEEL, quorum ope tandem Nobilissimo RUSSELIO a. 1849 contigit hujus Legis abrogationem efficere (lege nova lata, ex qua inde ab initio a. 1850 Britaniae portus, salvis paucissimis exceptionibus, omnium gentium navibus aperti sunt), COQUELIN, *Dictionnaire de l'Econ. politique*, 1851, in voce: *Acte de navigation.**

1) WAGENAAR, l. l. XII, 213.

2) JACOBUM CATS, GERARDUM SCHAEP ET PAULUM VAN DE PERRE.

3) Mandatum (cujus magna pars desumta erat ex Magno Intercursu a. 149 $\frac{1}{2}$ , de quo supra p. 18) legitur apud V. AITZEMA, l. l. III, 694.

mentum injunctum est, quo legati jubebantur unum pluresve articulos futuro foederi inserere, quo hostium res in navibus subditorum repartae immunes declararentur, ut jam antea Ordd. Belg. Fed. foedere cum Hispaniae rege (art. 14) stipulati erant <sup>1)</sup>. — Multae his legatis objectae sunt molestiae, praesertim quum mox bellum cum Anglia exarserat, multaeque Belgicae naves capiebantur. Post irritam ADRIANI PAUW extraordinariam in Angliam missionem omnes legati in patriam redierunt: magno saeviebat bellum furore.

Quum vero utriusque populi mercatura multa damna pateretur, Ordines Belgii Foed. iterum quatuor legatos <sup>2)</sup> Londinum miserunt, qui de pace et de foedere mercatura cum Concilio Status (quod CROMWELLUS paullo ante in locum Parlamenti constituerat) agerent eodem mandato instructi quo legati ante biennium. Parum felici cum exitu! Etiamsi enim d. <sup>5</sup> m. Apr. 1654 pax Westmonasteriensis

<sup>1)</sup> V. AITZEMA, III, 698. »Nadien by het dertichste Artyckel was gestelt, dat de goederen gheladen in Vyantlycke schepen souden wesen onvry ende van goede prinse, maer de reciprocatie die bevonden wierdt in het veertiende Artyckel van het Tractaet van de Marine met den Koningh van Spaengien ghemaeckt, daer by ghestatueert was; dat de vladingen die Vyanden toebehoorden, bevonden zynde in de Schepen van de Inghesetenen deser Landen, evenwel liber ende vry soude wesen, niet klaerlyck was ge-expresseert, soo souden de Heeren Ambassadeurs mede ghedencken dat het voorsz. point in een ofte twee Artyckelen in dier voeghen mede werde gedresseert; te meer, alsoo by de instructie haer aenbevolen was het procureren van alle avantagien die by 't voorsz. Tractaet van Marine waren gestipuleert.”

<sup>2)</sup> HIERONIMUM VAN BEVERNINGK, GUILIELMUM NIEUPOORT, PAULUM VAN DE PERRE, et ALLARDUM PETRUM JONGESTAL.

inita fuerit <sup>1)</sup>), mercaturaे tamen commoda et mercium ventilarum designatio (art. 7) posterioris curae esse dicebantur, mandanda viris ad hoc creatis. Haud mirum igitur, si legati Belgici etiam post initam pacem Londini manserunt, res ad navigationem spectantes curaturi <sup>2)</sup>. His ex decreto Ordinum Gen. Belgii Foed. d. 16 Sept. a. 1654 inter cetera capita rescriptum est: »Haer Hoog »Mogende vinden seer noodigh, dat de gemelde Heeren »Extraordinaris Ambassadeurs alsnogh met allen ernst »ende iever insisteren, op de maxime van vry Schip, »vry Goedt, en contra, ende de Engelschen daeromme »haer eygen interest aenwysen, sullen by faute van dien, »alle derselver Schepen die Portugeesche Waeren <sup>3)</sup> sou- »den moghen voeren, aengetast ende opgebracht werden, »ook veele andere ongemacken daer uyt komen te resul- »teren <sup>4)</sup>,” quin etiam »dat syne Hoogheydt den Heer »Protector sal werden geremonstreert, dat geene Nationen »in de wereldt, soo veele gelegen synde aen practycke »van de maxime vry Schip, vry Goedt, en contra, als

<sup>1)</sup> Invenitur foedus Pacis (vulgo: 't Tractaat met CHROMWELL) Westmonasteriensis apud DUMONT, VI, II, 74; et KLUIT, *Index* n. 461.

<sup>2)</sup> His in mandatis iidem XXXVI articuli (praesertim ex Magno Intercursu a<sup>i</sup> 149<sup>5</sup> desumti) dati sunt, quibus a<sup>o</sup> 1650 instructi fuerant legati de quibus supra p. 39 egimus. Vid. *Verbael van BEVERNINGK*, p. 541.

<sup>3)</sup> Quoniam bellum inter Belgas et Lusitanos nondum compostum erat, quod pace anni 1661 demum factum est, de qua infra videbimus.

<sup>4)</sup> *Verbael van BEVERNINGK*, p. 576.

»de Republycke van Engelandt ende desen Staet, by  
»deselve geen voet behoortd te worden geleght, die hen  
»hier naemaels in andere Tractaeten souden mogen ob-  
»steren 1).” Quoniam enim etiam post pacem Westmona-  
steriensem Lex Navalis vigore pergebat 2), ac Belgae mul-  
tum damni ex depraedationibus Anglorum patiebantur 3),  
die 4 Sept. legati Ordinibus scripserant, nonnisi foedere mer-  
caturae constituto his vexationibus finem imponi posse 4).

Inito autem a CROMWELLO paullo ante 5) foedere Pa-  
cis et Confederationis cum JOHANNE IV, Lusitaniae Rege,  
cujus art. 23 regulam »libera navi libera merx” statue-  
bat 6), Ordines B. F. d. 3 Dec. 1654 eo magis impule-  
runt legatos, ut eandem regulam futuro foederi inserendam  
curarent, ne Protector Belgis recusare yideretur, quod  
ceteris gentibus concessisset 7).

1) *Verbael van BEVERNINGK*, p. 578.

2) WAGENAAR, l. l. XII, 368.

2) *Verbael van BEVERNINGK*, p. 481, 548 et passim.

4) *Verbael van BEVERNINGK*, p. 563.

5) Sc. die 10 Jul. 1654, quod occurrit apud DUMONT, VI, II, 82.  
KLUIT, *Index* n°. 463.

6) »Uti omnia Bona, Mercesve dictae Reip. aut Regis, eorumve  
»utrinque Populorum aut Subditorum, in alterutrius Hostium Naves  
»impositae ibique repertae, cum ipsis Navibus praedae sint atque in  
»publicum addictae, omnia autem Hostium alterutrius Bona Mer-  
»cesve in Naves Partis alterutrius eorumve Populi aut Subditorum  
»impositae, intactae sint.” — Haec stipulatio observata fuit inter  
Angliam et Lusitaniam usque ad a. 1810. Vid. WHEATON, *Hist.*  
d. prog. I, 164.

7) Vid. *Verbael van BEVERNINGK*, p. 701. — Paucis diebus ante  
(sc. d. 27 Nov.) Syndico WITTIO BOREELIUS Parisiis scripserat hanc

Impedivit vero Anglorum circa Belgarum mercaturam aemulatio, quominus multum efficerent legati. Angli plures naves capere pergebant. Orto interea bello inter Angliam et Hispaniam, Belgae eo difficilis liberam navigationem pacisci poterant, quo magis Anglis depraedationes proderant, quas in naves Belgicas, Hispanicis mercibus onustas, exercebant<sup>1)</sup>. Init quidem CROMWELLUS d. <sup>3</sup>/<sub>11</sub> Nov. 1655 foedus cum Gallia<sup>2)</sup> (quae eo tempore bellum cum Hispania agebat), quo Ordines Belgii F. ex articulo separato<sup>3)</sup> tamquam amici inclusi erant; parum vero profuit haec inclusio<sup>4)</sup>. Nam vel sic tamen multae Belgarum naves sub praetextu quod mercibus vetitis onustae essent, a Gallicis praedatoribus capiebantur, atque una cum merce hostili reliquum etiam onus, etsi ami-

immunitatem propterea maxime foederi cum Anglia inserendam esse, ut Belgarum naves ad alienas merces transvehendas adhiberi possent. Vid. DE WITT, *Brieven I*, 180. Cui d. 3 Dec. respondit WITTIUS, l. l. p. 182.

1) Vid. WAGENAAR, XII, 385 et 430.

2) Foedus exhibit DUMONT, VI, II, 121; articulo XV immunitas conceditur rerum hostilium in navibus amicis repertarum: Quod donec de malis et incommodis quae super Mari poterunt accidere tollendis certius atque absolutius quid statuatur, convenit ut in spatum 4 annorum Ratificationem praesentis Tractatus proxime insequentium omnes Naves ad Subditos et Populares alterutrinque pertinentes, et in Mari Mediterraneo Orientali seu Oceano negotiantes liberae sint atque etiam onus suum liberum reddant, licet in iis invehcantur Mercimonia, imo grana leguminave quae alterutrius Hostium sint, exceptis.... contrabandis, etc."

3) Vid. DUMONT, l. l. VI, II, 123 et 136.

4) Vid. KLUIT, *Hist. Fed. I*, 165. — WAGENAAR, XII, 444.

cum, et navis adjudicabantur praedoni ex regula: la robe d'ennemi confisque celle d'ami." Quas vexationes Ordines par pari referendo impedire conati sunt, legatumque suum BOREELIUM Parisiis omnem operam navare jusserunt, ut foedus mercatura iniretur<sup>1)</sup>. Sed ut Angli ita etiam Galli in foederis pactione tergiversabantur, unde d. 10 Aug. 1656 BOREELIO immunitatem mercis hostilis, amicis navibus vectae, non prius concessuri videbantur, quam pace cum Hispania inita<sup>2)</sup>. Etiamsi enim Belgae inclusi erant foedere inter Galliam et Angliam a. 1655 icto, irritum tamen erat id Gallis objicere quod attinebat ad regulam » libera navi libera merx,» quamdiu ipsi Angli hanc regulam erga Belgas negligebant, quorum naves a praedonibus capi sinebant<sup>3)</sup>. Jam m. Majo legatus NIEUPOORTIUS scripserat WITTIO hanc immunitatem ab Anglis Suecis recusari<sup>4)</sup>, ideoque se vehementer timere, ut Belgis concederetur<sup>5)</sup>. Cui tamen respondit WITTIIUS: » mitsgaders de maxime vry

1) BOREELIO antea mandatum fuerat ut de pangendo foedere mercatura et navigationis ageret, non vero ut iniret. His enim negotiationibus Ordines utebantur, ut Anglos ad mercatura foedus incitarent (DE WITT, *Brieven*, Voorr. V, sq.). Composita vero pace inter Angliam et Galliam, WITTIIUS timebat ne Angli Gallicorum uterentur auxilio ad omnem Belgarum mercaturam diruendam, quamobrem foedus cum Gallia magis quam antea desiderabat. Vid. WAGENAAR, XII, 445 sq.

2) DE WITT, *Brieven*, I, 303.

3) Vid. Epistola BOREELII d. d. 18 Aug. 1656 in DE WITT, *Brieven*, I, 305.

4) DE WITT, *Brieven*, III, 224.

5) DE WITT, *Brieven*, III, 226.

“schip, vry goedt in de voorsz. concepten t' eenemael  
“syn geobmitteert, . . . ende naementlyck, dat in allen ge-  
“valle . . . die geene, die regh spreken sal, door een  
“gemaecte Wet, of uyt een onderlinge Conventie, sal  
“moeten weten, of Waeren ende Koopmanschappen toe-  
“behoorende de Vyanden van een van beyde de Natien,  
“ende gevonden werdende in Schepen van de Onderdanen  
“van een der Geallieerden, sullen wesen van goeden Pryse  
“ooste niet . . . naedemael van alle 't selve niets ter  
“wereldt voldaen werdt door de voorschreve voorslagh <sup>1)</sup>,  
“dat UEd. derhalven by haer Ho. Mog. soude dienen  
“te werden gelast, alle 't selve den hooghgemelden Heer  
“Protector uyt den name, ende van wegen haer Hoog  
“Mog. voor te houden, ende hem sulks wel te doen  
“begrypen, . . . ten eynde op de vooren geëxpresseerde  
“pointen, vooral mede moge werden geconvenieert <sup>2)</sup>. ”

Cum autem legationibus Ordines Belg. parum pro-  
cederent in tuenda subditorum mercatura, classem mise-  
runt, RUYTERO duce, in Mare Mediterraneum, quae a  
Gallorum praedationibus naves Belgicas defenderet. Duas  
naves Gallicas praedorias RUYTERUS cepit. Multae inde  
Gallorum querelae. Rex omnes naves Belgicas mercesque

<sup>1)</sup> Inter capita, ex Ordinum mandato foederi inserenda, erat etiam  
pactio de jure naves perquirendi, quod sibi Angli in mari alto compe-  
tere constanter contendebant, quodque aequa ac mercium immunitas  
litium cum Belgis compositionem omni tempore impedivit aut mora-  
tum est. Vid. SIMONS, *J. de Wit en zijn tijd*, I, 65.

<sup>2)</sup> DE WITT, *Brieren*, III, 230 sq.

Arresto pressit <sup>1)</sup>, quam injustam severitatem Ordines par pari referendo avertere conati sunt <sup>2)</sup>. Bellum igitur imminebat. LUDOVICUS XIV misit Hagam Comitis ad restitutionem ambarum navium impetrandam THUANUM (DE THOU), quocum de foedere mercaturaे Ordines egerunt <sup>3)</sup>. Sed haud multum processit negotiatio <sup>4)</sup>. Effecit quidem THUANUS, ut per tres menses inter Gallos et Belgas observaretur foedus, quod Rex d. 10 Maj. 1655 cum Urbibus Hanseaticis inierat <sup>5)</sup>, donec de foedere mercaturaे convenisset; attamen, etsi pace Pyrenaea (d. 7 Nov. 1659), quae tandem Galliam et Hispaniam pacavit, Belgae inclusi fuerint <sup>6)</sup>, foedus

<sup>1)</sup> WAGENAAR, I. I. XII, 446 sqq.

<sup>2)</sup> Vid. Instructie van de Hoog Mogende Heeren Staten Generael voor de Heer WILLEM BOREEL, 17 Apr. 1657 in *Seer. Resol.* I, 404.

<sup>3)</sup> Ordines Hollandiae probaverunt XVIII articulos, a Syndico redactos, de quibus foederis instar (probantibus Ordinibus Gen.) cum legato Gallico ageretur. Immunitatem mercium hostilium, navibus Belgicis impositorum, statuebat art. XIII. Vid. *Seer. Resol.* I, 414 sqq.

<sup>4)</sup> Praeter liberam mercium transvectionem maximam negotiacionum difficultatem praebebat Gallicum vectigal 50 solidorum (vatgeld), quod abrogare in Belgarum gratiam Rex recusabat.

<sup>5)</sup> Vid. KLUIT, *Hist. federum*, I. 244. — Legitur foedus inter LUD. XIV et Urbes Hanseaticas in DUMONT, I. I. VI, II, 103, cuius art. III non tantum res hostiles in navibus amicis immunes declarat, sed et res amicas in navibus hostilibus. Vid. WHEATON, *Hist. d. progrès*, I, 167. — Quae liberalitas, eo tempore Gallis rara, potius privilegiis antea Urbibus Hans. a Galliae regibus concessis, quam benignitati LUDOVICI XIV tribuenda videtur. Vid. DE FLASSAN, *Hist. d. l. diplomatie Franç.* III, 194, et WHEATON, *Hist. d. progrès* I, 88.

<sup>6)</sup> Pax Pyrenaea legitur apud DUMONT, VI, II, 264. — Vid. DE FLASSAN, I. I. III, 222 sqq. — WHEATON, *Hist. d. prog.* I, 163. —

vere ita dictum inter Belgas et Gallos nonnisi d. 27 Apr. 1662 fuit initum, cui inserta erat stipulatio regulae "libera navi libera merx," nec non "navi hostili merx hostilis<sup>1)</sup>." Hoc igitur foedere Gallia iterum concessit regulae sibi propriae "robe d'ennemi confisque celle d'ami," abrogationem, quam Belgae ab illa jam a. 1646 impetraverant. Stetit autem haec pactio, Parisiis in 25 annos inita, tantum usque ad annum 1672, quo superbia LUDOVICI XIV Belgas novo bello affecit, neque igitur tantum ea Belgis profuit, quantum e stipulationibus liberalibus et testatione benignitatis Gallicae sperari posse videbatur. Quod mox exarsit bellum et Edictum a. 1681, de quo infra videbimus, hanc spem vanam fecerunt.

---

Declarationem LUDOVICI XIV d. d. 29 Jan. 1661 de includendis Ordinibus Belg. exhibit DUMONT, VI, II, 346. Sed plus valet mutuum iniire pactum, quam foedere includi, inter alios inito. Quod intelligentes Belgae cum Gallis agere non desierunt. KLUIT, *Hist. fed.* 244.

1) DUMONT, VI, II, 412. — Art. XXXV. »Il a été en outre baccordé et convenu, que tout ce qui se trouvera chargé par les Sujets de Sa Majesté en un Navire des Ennemis desdits Seigneurs Etats, bien que ce ne fut Marchandise de Contrebande, sera confisqué, avec tout ce qui se trouvera audit Navire, sans exception ni réserve; mais d'ailleurs aussi sera libre et affranchi, tout ce qui sera et se trouvera dans les Navires appartenans aux Sujets du Roi Tres-Chrétien, encor que la charge ou partie d'icelle fut aux Ennemis desdits Seigneurs Estats; sauf les Marchandises de Contrebande, au regard desquelles on se reglera selon ce qui a été disposé aux Articles precedens." Art. XXXVI. »Tous les Sujets et Habitans desdites Provinces-Unies jouiront reciproquement des mêmes Droits, Libertez et Exemptions, etc."

Antequam vero haec tamdiu optata cum Gallis con-  
ventio exstitit, die 6/16 Aug. 1661 compositum jam erat  
bellum, quod inter Ordines et Lusitanos anno 1657 ex-  
arserat. Praecipuam belli caussam lites de Brasiliæ  
possessione praebuerant: quum vero utraque gens bellum  
gerans tunc temporis pariter mercaturaे operam daret,  
aliter fieri non potuit quin etiam de libera naviga-  
tione plura capita foederi insererentur. Ut Belgæ  
in omnibus hujus saeculi foederibus stipulati sunt, vel  
saltem stipulari conati, ut liberae ac salvae forent res,  
quamquam hostiles, quae suis amicis navibus impositæ  
essent, ita etiam hoc foedere eam immunitatem impetra-  
runt<sup>1)</sup>. Libera Belgis conceditur mercatura tam ex Lu-  
»sitania et Terris ac Tractibus eidem Lusitaniae subditis  
»in Brasiliam, quam ex Brasilia in eandem vicissim  
»Lusitaniam et Terras Tractusque eidem subjectos” (Art.  
III). Rara eo tempore erat haec tanta benevolentia,  
qua etiam cum coloniis mercatura patebat; sed rario (qui  
etiam hisce nostris diebus foret) libertas, quae Belgis  
(art. XII) concedebatur »praeter Mercis omne genus,

1) Foedus exhibet DUMONT, VI, II, 366. — Art. XXIV. «Bona  
»quaelibet ac Merces, sive ad dictos Regem Ordinesque spectabunt,  
»sive ad utrumvis Populum, si Navibus alterutri Parti inimicis  
»hostibusque creditae ac in iis deprimens fuerint, non minus quam  
»Naves ipsae in praedam cedant, ac Fisco occupantium addicantur:  
»Meres vero ac res quaecunque ad Partis utriuslibet Hostem per-  
»tinentes, Regis Ordinumque jam dictorum aut utriusque Populi  
»Navibus impositae, in eas Fisco nil juris esto, adeoque nec deti-  
»neantur, nec Possessoribus intervertantur.”

\* Arma etiam, res bellicas et annonam tam ex Foederatarum  
\* Belgii Provinciarum, quam ex aliis quibusvis Portubus  
\* ac Terris in quascunque Orbis Regiones, et ad quas-  
\* cunque Gentes transferendi tam inimicas Regi Regno-  
\* que Lusitaniae, quam amicas ac foederatas; nec dicto  
\* Regi ejusve Subditis aut Ministris huic rei moram aut  
\* impedimentum afferre licet per *detentiones, repres-  
\* sias, pignorationes, ullove* alio modo, dummodo dictus  
\* Foed. Belgarum Populus *ex ipsis Portubus Lusitanis*  
\* Armorum nihil apparatus aut rerum bellicarum ad dicti  
\* Regis Regnique Hostes et adversarios transvectet.”  
In plerisque enim foederibus, quibus mercium ad ho-  
stes transvectio conceditur, res bellicae excipi solent, ne  
gentes in bello mediae, sub mercatura specie, revera  
uni belligerantium parti opem ferant<sup>1)</sup>). Quae quidem

1) Perpanca sunt foedera, quibus libertas transvehendi res belli-  
cas ad hostes paciscentium conceditur. Exstant tamen nonnulla.  
Praeter enim foedus a<sup>i</sup> 1661, de quo agimus, et foedus Westmona-  
steriense, inter Anglos et Lusitanos a. 1654 initum (art. 20), quae  
jam laudavit BINKERSHOEKIUS (*Quaest. jur. publ.*, I, 10), atque id,  
quod a 1468 inter Anglos et ducem Armoricae (Bretagne) initum  
est, idem concedit foederis d. 10 Sept. 1785 inter Borussiam  
et Americanas Civitates Foederatas Hagae Comitis initi art. 13  
warticle, auquel on reconnaît l'esprit philosophique de ses au-  
teurs (DE THULEMEYER, JOHN ADAMS, BENJAMIN FRANKLIN et  
THOMAS JEFFERSON),” uti ait Comes DE GARDEN (*Hist. gén. d.  
traités V*, 6 not.), quem ceteroquin fugisse videntur foedera a.  
1654 et 1661 icta. Similiter fallitur Cons. P. SIMONS, *Jan de Witt  
en zijn tijd*, I, 111, not. 27, qui foedus a<sup>i</sup> 1661 unicum di-  
cit exemplum hujus liberalitatis juri gentium consuetudinario de-  
rogantis. — Etiamsi autem gentes nonnullae hanc libertatem foede-

libertas, foedere cum Lusitanis inito concessa, satis ostendit quam strenue Belgae saeculo XVII operam dede-  
rint, ut illimitatam fere libertatem navigandi merces-  
que transvehendi a reliquis gentibus sibi stipularentur.  
Ex ipsa autem rei natura facile explicaveris, Lusita-  
nos libenter hanc libertatem concessisse, quippe quorum  
haud minus quam Belgarum interesset ut jura neutra-  
litatis latissime paterent.

Belgae autem eo pervenerant, ut commercii trans-  
vectionis (vrachtvaart) commoda post multarum litium  
difficultates vindicassent contra dura a Gallis per tot  
saecula observata principia. Illis vero de foedere com-  
mercii et navigationis cum Anglis agentibus nondum  
id pacisci contigerat. Post pacem quidem Westmona-  
steriensem, ut vidimus, NIEUPOORTIUS Londini de foe-  
dere acturus degerat, nec minus quam antea BEVER-  
NINGKIUS operam dabat, ut regulam: »libera navi libera

---

ribus stipulatae sint, fere omnes tamen convenerunt belligerantibus  
competere jus capiendi res bellicas (contrebande), etiamsi in amicorum  
navibus repertas. — De enumeratione vero mercium vetitarum  
foedera varie statuunt. Universe dicere possumus merces, ad bellum  
usum destinatas, e plerisque foederibus esse vetitas; materiem  
ad naves fabricandas variis stipulationibus modo esse immunem,  
modo vetitam, modo silentio praeteritam; annonam plerumque  
esse immunem. Vid. VAN DER LINDE, *Regstgel., practicaal en*  
*koopmanshandboek*, p. 458. VITRINGA, *Gedachten over de belangens en*  
*plichten der onzyd. Mogentheden en hunne onderdanen*, etc. (Hag. 1778)  
p. 87—97.

"merx" ab Anglis stipularetur <sup>1)</sup>; a. vero 1660 (m. Maj.) quum in patriam rediisset <sup>2)</sup>, ejus in locum m. Oct. iterum legati Londinum missi sunt <sup>3)</sup>, quibus foederi cum Anglia faciendo eadem fere quae antea capita inserenda mandata sunt, desumta illa ex Magno Interv. cursu d. a. 149<sup>5</sup>/<sub>8</sub> atque e foedere Hispaniae cum Ord. B. F. d. a. 1650 <sup>4)</sup>. Artº. 24 mandati praescribebatur stipulatio de immunitate mercium hostilium, amicis navibus impositarum. — Quum autem CAROLUS II patrium regnum recuperasset, ipse benignitatis qua eum affecerant Ordines parum memor mox inimicum Belgis se praestitit, multasque obsoletas difficultates legatis movit. Ordines, legatorum hortatu <sup>5)</sup> mandatum ita mutaverunt, ut, nisi Angli propositis de mercatura et navigationis libertate articulis accederent, legati juberentur tantum foedus amicitiae et societatis inire, sed vetarentur ne quid contra navigationis commoda statuerent <sup>6)</sup>. Angli vero ut Ordines a parte Galliae detraherent, pacem quidem cupiebant inire, minime vero cordi habebant Belgarum querelis subvenire, eorumve mercaturam amicis stipula-

<sup>1)</sup> Vid. DE WITT, *Brieven*, III, 7, ubi NIEUPOORTIUS scribit, se Commissario Anglico ostendisse, hanc regulam ipsis Anglis prodesse.

<sup>2)</sup> DE WITT, *Brieven*, III, 880.

<sup>3)</sup> LUD. VAN NASSAU toparcha a BEVERWEERD, SIMON VAN HOORN, MICH. VAN GOGH et JOACHIM RIPPERDA toparcha a FARMSUM.

<sup>4)</sup> Mandatum legitur, apud v. AITZEMA, I. I. IV, 605 et *Sscr. Res.* II, 260.

<sup>5)</sup> Vid. DE WITT, *Brieven*, IV, 117. — *Sscr. Resol.* II, 281.

<sup>6)</sup> Vid. *Sscr. Res.* II, 282, 287, 321.

tionibus promovere. Has ob caussas die <sup>4/14 Sept.</sup><sup>a.</sup> 1662 in oppido Whitehall <sup>1)</sup> tantum foedus amicitiae initum est, stipulationibus de mercatura et de jure neutralitatis in posterum dilatis. Haec autem pax, quam CAROLUS Rex bona fide iniisse dici nequit, mox ab Anglis, Belgarum mercatura invidentibus, multis deputationibus est violata, bellum mox iteratum iri portentibus; quod ut evitarent Ordines legatum ordinarium MICHAELM VAN GOCH Londinum miserunt <sup>2).</sup> Sed frustra! Bellum exarsit acerrimum. Multum inde damni Belgarum mercatura contraxit, quam ut ubivis tueretur incredibile dictu est quantas vires Respublica eo ipso tempore intenderit, quo cum potentissima gente certabat. RUYTERUS, qui in Mari Mediterraneo Belgarum mercatura praesidio fuerat, et cum Regulis Algeritano et Tunetano de libera navigatione foedera inierat <sup>3),</sup> in patriam redux classis Belgicae gloriam quam maxime promovit. Sed non hujus est speciminis paeclara illius belli facinora

---

<sup>1)</sup> Quod exhibet DUMONT, VI, II, 422. — Vid. D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil d. traités de commerce et de navigation de la France*, II<sup>ème</sup> partie, tome IV, p. 3, ubi exponuntur quantulacunque de mercatura statuta fuere.

<sup>2)</sup> D. 17 Jun. 1664 legatus VAN GOCH instructus fuit mandato, quod legitur apud V. AITZEMA, I. I. V, 73.

<sup>3)</sup> De his foederibus cum Tunetanis et Algeritanis sancitis vid. KLUIT, *Index n. 531, 536 et 540.* — Etiam cum his Barbarorum civitatibus Belgae de mercatura et navigatione agentes, regulam "libera navi libera merx" stipulari maxime cordi habuerunt. Quid hac de re actum fuerit, narrat V. AITZEMA, I. I. IV, 945.

enarrare, a multis praesertim eleganter descripta. Pace autem Bredana (d. 21/31 Jul. 1667), quae huic bello finem imposuit, nondum de mercatura convenire potuerunt Ordines; attamen stipulati sunt, ut donec commercii et navigationis foedus iniretur, Legi Navali Anglicae a. 1651 (a CAROLO II aº 1660 renovatae) in Belgarum commodum aliquantum derogaretur<sup>1)</sup>, utque art. 26—42 foederis a. 1662 inter Belgas et Gallos icti observarentur; cuius quoniam artº. 35, ut supra vidimus, immunitas mercis hostilis in navibus amicis statuebatur, pax Bredana prima fuit conventio, qua Belgae ab Anglis concessionem regulae "libera navi libera merx" impetrarunt. Quum vero ex art. 30 pacis Bredanae dicti Gallo-Belgici foederis articuli tantum assumti essent "en attendant," foedus navigationis et mercaturae, quod d. 17 Feb. a. 1668 initum est, jure primum dici potest, quo nova neutralitatis jura inter Anglos et Belgas sancita fuere, statuta ea artºs. 10 et 11<sup>2)</sup>. Le-

1) Vid. Cons. D. A. PORTIELJE en Cl. s. VISSERING, *Gesch. der tariefshervorming in Engeland* (Amst. 1847), p. 135, not. 1.

2) Exhibet foedus DUMONT, VII, I, 74. — Art. X. »Conventum prae-nterea est, ut quicquid deprehendetur immissum à Subditis Regis Magnae Britanniae in Navem ad Ordinum Foederatorum Hostes pertinen-tem, quamvis id de genere vetitarum Mercium non sit, in pra-e-dam tamen cedet et Fisco addicitur una cum reliquis, quae in dicta Navi reperientur citra ullam exceptionem. Caeterum et contra immune atque liberum erit quicquid deprehenditur in Navibus Subditorum Regis Magnae Britanniae, quantumvis onus aut pars eius pertineat ad Hostes Ordinum Foederatorum, exceptis Merci-bus prohibitis, quarum intuitu observabitur id, quod antecedenti-bus Paragraphis cautum est." — XI. »Subditi atque Incolae

gatis Belgicis in Anglia hoc demum tempore id stipulari contigit, quod jam inde ab a. 1651 Ordines legatis suis mandaverant, sed quod ab Anglis, quamquam ceteris gentibus concessum, Belgis perpetuo recusatum fuerat. Legatus enim MEERMANNUS Anglorum erga Belgas benevolentia usus est, ut rem antea frustra petitam ab Administro ARLINGTON impetraret<sup>1)</sup>.

---

»Foederatarum Provinciarum reciproce iisdem fruentur Juribus, Libertatibus atque Exemptionibus, etc.”

1) D. 11 Feb. a. 1668 MEERMANNUS scripsit WITTIO: »Wij ordeelen, dat het misschien niet ondienstigh soude syn, dat terwyl de tegenwoordige dominerende Planeten sulcke ongemeene goede harmonie tusschen de Engelsche ende ons voor dees tyd schynen te beloven, dat men sig van dese conjuncture van tyden behoort te dienen; ende te tenteren, of men het voorsz. point (placitum »lib. navi lib. merx”) ’t welk alhier nooit door den beugel heeft gewildt, nu daer door soude kunnen krygen, aan het besoecken schynt altoos niet verbeurt te syn.” DE WITT, *Brieven*, IV, 655. — »Holland was then engaged in a strong defensive alliance with France, from whom it was necessary to separate her, and to make her join with England to support the independency of Europe; it was natural on this occasion to offer her the same conditions, which she enjoyed by her treaty with France; some sort of security indeed was necessary to her on this occasion; the King of England had always shewn but little affection to the States; the war with that country was but just ended, and the wound but weakly healed: When Sir WILLIAM TEMPLE therefore negociated the Triple Alliance, he privately agreed with Monsieur DE WIT, that the French treaty of 1662 should be the basis of the subsequent treaties of commerce and defence, which were immediately to be made with England: We have before observed, that in the 35<sup>th</sup> article of the treaty of 1662, the French consented to grant the right of protection to neutral vessels: This therefore came of course to be inserted in our commercial treaty of 1668, which was made directly after the Triple Alliance; and

Immunitatem ceteroquin mercium hostilium in suis navibus repartarum Belgae a variis gentibus hac periodo sibi stipulati fuerunt, scilicet:

ab Anglis art. 10 et 11 foederis a<sup>i</sup> 1668 <sup>1)</sup>, et art. 8 foederis Navigationis et Commercii d. 1/11 Dec. 1674 <sup>2)</sup>;

a Gallis uti antea foedere a. 1662 (de quo supra egimus), ita postea foedere paci Neomagensi addito d. 10 Aug. a. 1678 <sup>3)</sup>, et deinde pace Rysvicensi d. 20 Sept. a. 1697 <sup>4)</sup>;

ab Hispanis foedere a. 1650, quod d. 25 Nov. 1676 confirmatum fuit <sup>5)</sup>;

the advantages which would arise from thence in favour of the trade of Holland, were the concessions which England then chose to make, that she might obtain the assistance of that Republic against France." Ita JENKINSON in *A Discourse on the conduct of the Government of Great-Britain in respect to Neutral Nations prefixed to: A collection of all the Treaties of Peace, Alliance and Commerce between Great-Britain and other powers.* London 1785), p. XXX.

<sup>1)</sup> D. 9/10 Feb. 1674 id foedus ad 9 menscs fuit instauratum. Vid. DUMONT, l. 1. VII, I, 253 art. 8.

<sup>2)</sup> Vid. DUMONT, l. 1. VII, I, 282.

<sup>3)</sup> DUMONT, VII, 1.1. I, 357, art. 22. Inter Belgicos legatos, qui paci Neomagensi subscrivserunt, idem fuit BEUNINGIUS, qui de foedere a. 1662 initio in Gallia laboraverat, de qua priori legatione vid. H. J. VAN DER HEIM, *Diss. de legationibus a Conr. Beuningio gestis*, p. 67 sqq.

<sup>4)</sup> DUMONT, l. 1. VII, II, 386, art. 27 et 28. Vid. A. DA COSTA, *Diss. de pace Rysvicensi*, (Amst. 1852) p. 111, sqq. — Cf. de his foederibus E. A. DE ROO, *Disp. continens historiam pactorum mercatus commercii et navigationis patriae nostrae cum Gallia, ab initio Reipub. ad ejus interium, anno 1579—1806* (Lugd. 1842), p. 25—50.

<sup>5)</sup> DUMONT, l. 1. VII, I, 325.

*a Suecis foedere d. 2/12 Oct. a. 1679 inito<sup>1)</sup>, et d.  
2/12 Jan. a. 1686 instaurato<sup>2)</sup>;  
a Lusitanis foedere a. 1661.*

Ex his omnibus patet, quantam operam Belgae saec. XVII adhibuerint, ut regulam »libera navi libera merx» foederibus insertam sibi impetrarent, adeoque mercatura commoda et pacis et belli tempore promoverent. Quum vero etiam reliquorum populorum, mercatura maritimae operam dantum, magni interesset, ut belli tempore salva foret mercium hostilium vectura, hi itidem foederibus hac periodo inter se initis regulam sanxerunt, quae pristino juri gentium Europaeo derogabat. Propositum nostrum requirere non videtur, ut cuncta illa enumere us: ex iis enim quae infra afferrentur satis clare apparebit, regulam nostram plurium gentium pactis statutam fuisse. Immunitas nimirum mercis hostilis, navibus amicis impositae, sancita fuit foederibus ictis inter

*Angliam et Lusitaniam d. 29 Jan. a. 1642<sup>3)</sup> et d. 10 Jul. a. 1654<sup>4)</sup>,*

<sup>1)</sup> DUMONT, l. l. VII, I, 437, art. 22.

<sup>2)</sup> DUMONT, l. l. VII, II, 122.

<sup>3)</sup> DUMONT, l. l. VI, I, p. 238, art. 11. Quod igitur foedus primum fuit, quo saeculo XVII regula haec sancita est, initum quippe 4 annis ante foedus Gallo-Belgicum supra memoratum.

<sup>4)</sup> DUMONT, l. l. VI, II, 82, art. 23. — D'HAUTERIVE ET DE CUSSY, Recueil, II, IV, p. 97.

Angliam et Galliam d. 3/13 Nov. a. 1655 <sup>1)</sup> et d. 24  
Febr. a. 1677 <sup>2)</sup>,  
Galliam et Urbes Hanseaticas d. 10 Maj. a. 1655 <sup>3)</sup>,  
Galliam et Daniam d. 3 Febr. a. 1663 <sup>4)</sup>.

Saeculo igitur XVII regula »libera navi libera merx» magis magisque foederibus sanciri coepit; quae tamen stipulationes, placita antiquiori juri gentium contraria sancientes, exceptionum et privilegiorum loco habendae sunt, quae a gentibus paciscentibus sibi invicem concedebantur, minime vero dici possunt jam tunc temporis jus gentium Europaeum quod attinet ad jura neutralitatis mutasse. Praeterquam enim quod eodem saeculo XVII multa foedera antiquam Consulatum Maris regulam statuerunt <sup>5)</sup>, SYNKERSHOEKIO sane assentiendum est, contendenti, »unum forte alterumve pactum, quod a consuetudine recedat, Jus

<sup>1)</sup> DUMONT, I. l. VI, II, 121, art. 15.

<sup>2)</sup> DUMONT, I. l. VII, I, 327, art. 8. — His foederibus non ad dendum esse foedus inter Angliam et Hispaniam iectum d. 23 Maj. a. 1667 (confirmatum d. 18 Jul. a. 1670) contra multos scriptores (e. g. SCHOELL, *Hist. abr. d. trait. IV*, 19) contendit WHEATON, *Hist. d. progr.* I, 164.

<sup>3)</sup> DE FLASSAN, *Hist. d. l. dipl. Fr.* III, 194, art. 3.

<sup>4)</sup> D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, I, I, 270, art. 27.

<sup>5)</sup> Inter quae nominanda sunt pleraque gentium in Europa septentrionali habitantium foedera et inter se et cum Anglia inita, quippe quarum naves suas ipsarum merces transvehere solerent, quaeque ideo novis stipulationibus non indigerent. Eorum foederum exempla recensentur a WHEATON, *Hist. d. progr.*, I, 168. — Vid. DE GARDEN, *Hist. génér.*, V, 19.

»Gentium non mutare”<sup>1)</sup>. Quominus porro putemus regulam nostram prope finem saeculi XVII universe jam agnitam fuisse, omnino prohibet notissimum Edictum illud Maritimum (Ordonnance de la marine), quod LUDOVICUS XIV m. Aug. a. 1681 in Gallia promulgavit<sup>2)</sup>, cuius L. III, Tit. IX, art. 7 ita se habet: »Tous Navires, qui se trouveront chargez d’effets appartenans à nos ennemis, et les Marchandises de nos Sujets ou Alliez qui se trouveront dans un Navire ennemy, seront pareillement de bonne prise<sup>3)</sup>.” Quae duritas, e pristinis Edictis desumta, luce clarius ostendit immunitatem mercis hostilis in navibus amicis repertae, quamquam nonnullis foederibus concessam, jure gentium Europaeo eo tem-

1) Vid. v. BYNKERSHOEK, *Quaest. jur. publ.* I, 10.

2) De auctoribus hujus Edicti Maritimi vid. VALIN, *Nouveau Commentaire sur l’Ordonnance de la marine du mois d’Août 1681* (La Rochelle 1766), I, Préface, p. IV sqq., ubi inter plura: »si l’on croit l’auteur du mémoire imprimé pour la chambre d’assurance de Paris, en 1751 (p. 44) «cette Ordonnance a été formée sur la Jurisprudence générale de l’Europe; à l’effet de quoi il fut fait, dans tous les ports de notre continent, des informations, qui ont coûté des trésors immenses.” In Belgio saltem rerum peritos leguntur in: ADRALEN VERWER, *Nederlands See-rechten* (Amst. 1711), 160: »sedert dat in Vrankryk is uitgekomen ‘s Konings Ordinance de la Marine van 1681, (waer aan ik binnen Rotterdam, myne geboortestadt, in 1679, mede noch iets hebbe gewerkt gehad op aensoek van eenen Mr. LE GRAS, hier te lande daerom overgesonden) soo is ‘t der pyne waerd, etc.;” quae VERWERI opera imprimis bodemeriam spectasse videtur.

3) PARDESSUS, *Coll. d. lois maritimes*, IV, p. 385 sqq. — VALIN, *Nouveau Comment. sur l’Ord.*, II, 252.

pore minime receptam fuisse. Quamvis enim varia a diversis populis principia juris gentium recipi soleant, atque edicta de praedis maritimis principes nulla nisi suos subditos obligantia promulgare possunt (et ne his quidem omnino vim legis habent, sed tantummodo praesumptionis, quippe quae semper bona fide adhibenda rectaeque rationi accommodanda sint), neque igitur semper hae leges veram normam constituant, e qua progressus juris gentium decidetur, quippe quae declarant tantum quaenam placita Princeps observari jubeat erga gentes, nullis cum eo foederibus junctas, ejusmodi tamen declaratio quin aliquantum cum placitis universe probatis necessario cohaerere debeat, non est quod dubitetur<sup>1)</sup>). Quamquam igitur eo Edicto regulae jurisdictionis unice Collegiis archithalassicis Galliae praescriptae erant, principia tamen, quibus illud edictum nitebatur, juris gentium conditionem quodammodo indicare recte dici possunt. In decidandis enim litibus inter diversorum principum subditos non uniuscujusque populi jus civile observari potest, sed recurrentum est ad jus gentium universale, scriptorum sententiis, populorum consuetudine, legibus et foederibus constitutum.

Quum igitur saeculo XVII exeunte in rebus praedatoriis Galli et Hispani profiterentur regulam: »la robe

<sup>1)</sup> Vid. WHEATON, *Hist. d. progrès*, I, 149.

»d'ennemi confisque celle d'ami," reliquae vero pleraque Europae gentes vetusta Consulatūs Maris placita obser-varent, jus gentium Europaeum circa liberam mercis hostilis transvectionem populis mediis licitam a pristina consuetudine nondum recessisse dici potest, etiamsi fo-dera magis magisque regulam »libera navi libera merx" sancire coeperint; quae ut in locum placitorum con-suetorum recipereetur, Belgas praesertim (atque inter illos sumnum wittium) omni opera enisos fuisse vidimus.

## CAPUT TERTIUM.

QUATENUS REGULA "LIBERA NAVI LIBERA MERX" FOEDERIBUS  
PACIS RHENO-TRAJECTINAE SANCITA SIT.

---

E gravibus, quae de successione Hispanica exstiterant, litibus saeculo XVII exeunte acerrimum bellum exarserat, cuius pleraque civitates Europaeae partes suscepserant. Hispaniam, quae PHILIPPO II regnante inter potentissima et splendidissima regna principem locum obtinuerat, sensim paullatimque regum imperitia et ignavia eo perduxerant, ut de ejus ditionis divisione extranei Principes paciscerentur<sup>1)</sup>. Gallia contra, quae pace Monasterensi et Pyrenaea Austriam

<sup>1)</sup> "All the causes of the decay of Spain resolve themselves into some cause, bad government." MACAULAY'S *Critical et hist. essays* (Lond. 1851). *War of the succession in Spain*, p. 236. — Vid. H. A. VAN DIJK, *Bijdrage tot de geschiedenis der Nederlandsche diplomatie. Handel met Frankr. en Spanje 1668—1672* (Utr. 1851), p. 284 sqq.

et Hispaniam<sup>1)</sup> perdomuerat, primarium locum inter gentes Europaeas occupabat. LUDOVICI XIV potentia eo excreverat, ut Gallia, ducibus RICHELIENSI et MAZARINO, rerum politicarum per Europam moderatrix haberetur. At nimium dominandi studium regem ad bella allegerat, ut toti Europae ita et ipsi Galliae maximopere perniciosa. Ter victor evaserat LUDOVICUS<sup>2)</sup>, sed postquam tandem ceteris gentibus satis clare ostenderat, parvi se facere pacta, quae cum iis iniisset, hae, nimiam in crescentis Galliae potentiam veritae, bello eum affecerunt, quod Galliam ad interitum fere redigit, et populorum conditione mutata juri gentium Europaeo novam aperuit periodum.

Non hujus est speciminis enarrare praeclara heroum in bello facinora, nec quid de rebus politicis atque de aequilibrio Europaco statutum sit pace, qua bellum successionis Hispanicae compositum fuit. Attamen pax Rheno-Trajectina nostri etiam argumenti ratione habita permagni momenti est. Quandoquidem enim a. 1713 plures gentes pacatae fuerunt, aliter fieri non

---

1) «Le traité des Pyrénées fut la consécration fatale de cette impuissance, dont l'Espagne ne s'est plus relevée. — Dans la seconde moitié du XVII<sup>e</sup> siècle, le voisinage autrefois si menaçant de l'Espagne ne pouvait plus causer la moindre inquiétude à la France.» DE MARLIANI, *Histoire politique de l'Espagne moderne* (Ixelles-lez-Bruxelles 1851), II, p. 160. — Vid. DE MARLY, *Oeuvres*, VI, 241. — DE GARDEN, *Hist. gén.*, II, 40.

2) Pacis mimirum foederibus Aquisgrani, Noviomagi et Rysvici ictis. Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.*, II, 69.

potuit, quin post bellum, cujus etiam praecipuae gentes maritimae partes suscepérant, multa agitarentur, quae mercaturam et navigationem spectarent. Plures revera foederibus pacis et amicitiae additae sunt conventiones commercii et navigationis, quibus etiam gentium in bello mediarum jura definita et vindicata animadvertere licet. Quae stipulationes eo majoris momenti habenda sunt, quo saepius posteriori tempore invocatae sunt, novisque interdum foederibus confirmatae.

Inter foedera commercii et navigationis, quae paci Trajectinae annumerantur, tria sunt, quibus jura gentium in bello mediarum, quantum ad nostrum argumentum attinet, vindicantur: Galliae cum Ordinibus Belgii F. et cum Anglia, ac Belgii Foederati cum Hispania.

Foedus commercii et navigationis inter Galliam et Belgii Foederati Rempublicam ipso pacis Trajectinae die (i. e. d. 11 Apr. a. 1713) ictum <sup>1)</sup>, circa mercem hostilem in paciscentium navibus repartam eadem principia fovet, quae utraque gens jam in prioribus foederibus (ann. sc. 1678 et 1697) stipulata fuerat. Cujus enim quum art<sup>o</sup>. 17 <sup>2)</sup> utrin-

<sup>1)</sup> Foedus exhibet DUMONT, *Corps diplomat.* VIII, 1, p. 377. Vid. KLUIT, *Index Chronol.*, N<sup>o</sup>. 911. — De praeviis hujus foederis negotiationibus praeter plura (DE TORCY, *Mémoires*, passim) vid. Cl. G. G. VREEDE, *Correspondance diplomatique et militaire du duc de Marlborough, du Grand-Pensionnaire Heinsius et du Trésorier-général Hop* (Amst. 1850), p. 242 et 251.

<sup>2)</sup> »Tous les Sujets et Habitans de France et des Provinces-Unies pourront en toute seureté et liberté naviger avec leurs Vaisseaux et

que concedatur libertas navigandi et mercaturam agendi  
cum unius vel utriusque paciscentis hoste, art. 26  
ita statuit: »Il a été en outre accordé et convenu,  
»que tout ce qui se trouvera chargé par les Sujets de  
»Sa Majesté en un Navire des ennemis desdits Seigneurs  
»Etats, bien que ce ne fût Marchandises de contre-  
»bande, sera confisqué avec tout ce qui se trouvera  
»audit Navire, sans exception ni réserve; mais d'ail-  
»leurs aussi sera libre et affranchi tout ce qui sera et  
»se trouvera dans les Navires appartenans aux Sujets  
»du Roi Très-Chrétien encore que la charge ou partie  
»d'icelle fût aux ennemis desdits Seigneurs Etats, sauf  
»les Marchandises de Contrebande, au regard desquelles  
»on se réglera etc.” Haec igitur stipulatio, qua regula:  
»libera navi libera merx, et contra” sancita est, derogabat  
Edicto maritimo Gallico a. 1681 promulgato, quod, ut  
vidimus, non tantum merces hostiles, sed ipsas adeo naves  
amicas, hostili merce onustas, publicari juss erat. Stipu-  
lationem autem de mercibus amicis, hostili navi imposi-  
tis, utriusque civitatis paciscentis subditis aequa noxiā,  
paullo mitigabat articulus 26 de rebus Gallicis et  
Belgicis, navibus gentis inimicæ impositis, ita sta-

---

»trafiquer avec leurs Marchandises, sans distinction de qui puissent  
»être les propriétaires d'icelles, de leurs Ports, Royaumes, et Pro-  
»vinces, et aussi des Ports et Royaumes des autres Etats ou Prin-  
»cess, vers les Places de ceux qui sont déjà ennemis déclarés, tant  
»de la France, que des Provinces-Unies ou de l'un des deux, ou  
»qui pourraient les devenir etc.”

tuens : » Et pour éclaireissement plus particulier de cet Article, il est accordé et convenu de plus, que les cas arrivans que toutes les deux Parties, ou bien l'une d'icelles, fussent engagées en guerre, les biens appartenans aux Sujets de l'autre Partie, et chargés dans les Navires de celuy qui est devenu ennemi de tous les deux, ou de l'une des Parties, ne pourront être confisqués aucunement, à raison, ou sous prétexte de cet embarquement dans le Navire ennemi; et cela s'observera non-seulement quand lesdites Denrées y auront été chargées devant la déclaration de la Guerre, mais mêmes, quand cela sera fait après ladite déclaration, pourveu que c'ait été dans les tems et les termes qui s'ensuivent: . . . . . ; Tellement que les Marchandises et biens des Sujets et Habitans, chargés en ces Navires ennemis, ne pourront être confisqués aucunement, durant les termes et dans les étenduës susnommées à raison du Navire qui est ennemy; ainsi seront restitués aux Propriétaires sans aucun délay, si ce n'est qu'ils ayent été chargés après l'expiration des dits termes; rel.”

Alterum, de quo nobis videndum est, foedus eodem die 11 m. Apr. a. 1713 initum est inter Galliam et Angliam <sup>1)</sup>, eadem fere circa neutralitatis jura statuens; hujus enim art.

<sup>1)</sup> Foedus exhibit DUMONT, *Corps diplom.* VIII, 1, 345. — Vid KLUIT, *Index Chronol.*, N°. 913 et DE GARDEN, *Hist. gén.*, II, 308.

17 ita se habet: » Il sera permis à tous les Sujets du Roy  
» Très-Chrétien et de la Reyne de la Grande-Bretagne  
» de naviger avec leurs Vaisseaux en toute seureté et  
» liberté, et *sans distinction* de ceux à qui les Marchan-  
» dises de leur chargement appartiendront, de quelque  
» Port que ce soit dans les Lieux qui sont déjà, ou qui  
» seront cy-après en guerre avec le Roy Très-Chrétien,  
» ou avec la Reyne de la Grande-Bretagne. Il sera  
» aussi permis auxdits Sujets de naviger et de négocier  
» avec leurs Vaisseaux et Marchandises, avec la même  
» liberté et seureté des Lieux, Ports, et endroits appar-  
» tenant aux Ennemis des deux Parties ou de l'une d'El-  
» les, sans être aucunement inquietez ni troublez, et  
» d'aller directement non-seulement desdits Lieux En-  
» nemis à un lieu Neutre, mais encore d'un lieu En-  
» nemi à un autre lieu Ennemi, soit qu'ils soient sous  
» la jurisdiction d'un même ou de differens Princes; Et  
» comme il a déjà été stipulé par rapport aux Navires  
» et aux Marchandises, que les Vaisseaux libres rendront  
» les Marchandises libres, et que l'on regardera comme  
» libre, tout ce qui sera trouvé sur les Vaisseaux apar-  
» tenant aux Sujets de l'un ou de l'autre Royaume,  
» quoique tout le chargement, ou une partie de ce même  
» chargement appartienne aux Ennemis de leursdites Ma-  
» jestez, à l'exception cependant des Marchandises de  
» contrebande, les quelles étant interceptées, il sera pro-  
» cédé conformément à l'esprit des articles suivans; De  
» même il a été convenu que cette même liberté doit

“s'estendre aussi aux personnes, qui navigent sur un Vaisseau libre, de manière que quoiqu'elles soient Ennemis des deux Parties, ou de l'une d'Elles, elles ne seront point tirées du Vaisseau libre, si ce n'est que ce fussent des gens de guerre actuellement au service desdits Ennemis.”

”Art. 18. Cette liberté de Navigation et de Commerce s'estendra à toute sorte de Marchandises, à la réserve seulement de celles qui sont exprimées dans l'Article suivant, et désignées sous le nom de Marchandises de contrebande.”

Uti autem conventione Galliae cum Belgio, ita etiam hoc foedere non immune habendum esse dicitur quidquid, quamvis amicum, in navi hostili reperiatur, quod patet ex art. 27 : »Il a été au contraire convenu et accordé, que tout ce qui se trouvera chargé par les Sujets et les habitans de part et d'autre, en un Navire appartenant aux Ennemis de l'autre, bien que ce ne fut pas des Marchandises de contrebande, sera confisqué comme s'il appartenoit à l'Ennemi même.” Sed adiicitur eadem mitigatio, quam in foedere Gallo-Belgico animadvertisimus : »excepté les Marchandises et effets qui auront été chargez dans ce Vaisseau avant la Déclaration de la guerre, ou même depuis sa Déclaration ; pourvû que c'ait été dans les termes qui suivent, à scavoir.....; de manière que les Marchandises des Sujets de l'un et de l'autre Prince, tant celles qui sont de contrebande, que les autres qui auront été chargées,

» ainsi qu'il est dit, sur quelque Vaisseau Ennemi, avant  
» la guerre, ou même depuis sa Déclaration, dans les  
» tems et les termes susdits, ne seront en aucune ma-  
» nière sujettes à confiscation, mais seront sans délay et  
» de bonne foy rendues aux propriétaires, qui les rede-  
» manderont, ensorte neantmoins qu'il ne soit nullement  
» permis, de porter ensuite ces Marchandises dans les  
» Ports Ennemis, si elles sont de contrebande.”

—  
on Foederis inter Hispaniam et Belgium Foed. 1) icti arti-  
culo 33 renovatum est foedus mercaturae, quod d. 17 Dec.  
a. 1650 Hagae Comitis a PHILIPPO IV Hispaniae rege cum  
Ordinibus Belg. ictum erat; cuius quum 2) art<sup>is</sup> 13 et  
14 vexillum amicum mercem navi impositam tueri dice-  
retur, pace Rheno-Trajectina Hispanos inter et Belgas  
idem principium iterum sancitum est.

Inter reliqua mercaturae et navigationis foedera, quae  
Trajecti ad Rhenum icta sunt, nullum reperitur, quo  
regula „libera navi libera merx” statuta est. Pleraque  
eorum jura gentium in bello mediarum quod ad mercium  
transvectionem attinet silentio praetereunt. Quae quum ita  
se habeant, nemo facile cum NAPOLEONTIS Administratio  
contendet jura maritima pace Trajectina ita fuisse sta-

1) Foedus illud Trajecti ad Rhenum d. 26 Junii 1714 initum  
affertur a DUMONT, l. l. VIII, 1, 427. — Vid. KLUIT, Index  
Chronol., N°. 928.

2) Vid. supra, p. 34.

bilita atque universe definita, ut navis media mercem hostilem, qua onusta sit, liberam praestet <sup>1)</sup>. Foedera enim, quorum collectio pax Rheno-Trajectina nuncupari solet, peculiares tantum continent stipulationes inter non-nullas gentes statutas, minime vero considerunt codicem juris gentium Europaei, qui ne hodie quidem coaluit. Quae igitur placita peculiaribus foederibus sancita sunt, non valuerunt inter eas gentes, quarum foedera de iisdem silebant. Immunitatem itaque mercis hostilis in navibus mediis repertae a. 1713 eae tantum gentes agnoverant, quarum foederibus singulis disertis verbis illa inserta est. Galli e. g., qui foederibus cum Belgis et cum Anglis eam sauxerunt immunitatem, erga ceteras gentes placita Edicti maritimi, a. 1681 constituti et a. 1704 renovati <sup>2)</sup>, observare perrexerunt. Ipsa Anglia, quae in foedere a. 1713 cum Gallia icto immunitatem eam concessit, eodem anno (d. <sup>28 Nov.</sup>  
~~28 Nov.~~  
<sup>9 Dec.</sup>) renovavit foedus, quod

<sup>1)</sup> «Les droits maritimes des neutres ont été réglés solennellement par le traité d'Utrecht, devenu la loi commune des nations.

«Cette loi, textuellement renouvelée dans tous les traités subséquents, a consacré les principes que je vais exposer.

«Le pavillon couvre la marchandise. La marchandise ennemie sous pavillon neutre est neutre, comme la marchandise neutre sous pavillon ennemi est ennemie.”

Vid. *Rapport du Ministre des Relations Extérieures de France (duc de BASSANO)*, servant d'introduction aux décrets sur une nouvelle organisation de la garde nationale, communiqué au Sénat dans la séance du 10 Mars 1812, quod legitur in DE GARDEN, *Hist. gén. X*, p. 390. p. 452.

<sup>2)</sup> Vid. JOURDAN, *Recueil gén. des anciennes lois Françaises*, XX,

d. 23 Maj. a. 1667 initum eam non statuerat<sup>1)</sup>. E  
qua stipulationum, foederibus a. 1713 ictis insertarum,  
varietate satis clare apparet, jura neutralitatis non fuisse  
»solennellement réglés par le traité d'Utrecht<sup>2)</sup>.

Regula igitur nostra foederibus pacis Trajectinae inter  
praecipuas quidem, quamvis non omnes, civitates ma-  
ritimas<sup>3)</sup> recepta est; unde efficere licet, placita nova,  
quae saeculo XVII nata erant, in dies magis consuetam  
excepisse legislationem praedatoriam, minime vero pro-  
pterea ab eo inde tempore jure gentium Europaeo uni-  
verse recepta fuisse. Quod revera ita sese habere aperte  
historia temporis sequentis ostendit, quo plura foedera  
icta atque Edicta renovata et promulgata sunt, contrarias  
regulas statuentia, de quibus capite insequentि agemus.

---

1) Foedus ai 1667, quod legitur in D'HAUTERIVE ET DE CUSSY,  
*Recueil*, II, II, p. 397, nonnulli scriptores iis annumerant foederi-  
bus, quae contineant regulam «lib. navi lib. mercx.» Contrarium  
vero effici posse videtur ex eo, quod inter easdem gentes a. 1665  
initum erat foedus, disertis verbis placitum illud statuens (D'HAU-  
TERIVE ET DE CUSSY, *Recueil*, II, II, 383, Art. 30). Quandoquidem  
autem post biennium plerique prioris foederis articuli instaurati  
sunt, nonnisi ex consulto stipulatio de libera mercis hostilis vectura  
omitti potuit.

2) Vid. DE GENTZ, *Observations*, in DE GARDEN, *Hist. gén.* XI, p.  
4 et 42 sqq.

3) Inter Belgum F. et Angliam foedus Westmonasteriense ai 1674,  
de quo vid. supra p. 55, candem regulam statuens, vigere non desierat.

## CAPUT QUARTUM.

DE IMMUNITATE MERCIS HOSTILIS IN NAVIBUS AMICIS REPERTAE,  
INDE A PACE RHENO-TRAJECTINA USQUE AD FOEDERA  
NEUTRALITATIS ARMATAE (1713—1780).

### § 4.

1713—1756.

Magnam in rebus Europaeis politicis pax Rheno-Trajectina habuit vim. Litibus de successione Hispanica compositis, belli caussa sublata erat. Foedus Antverpiense, quod mox (d. 15 Nov. a. 1715) de Jure Praesidii vel Repaguli<sup>1)</sup> in Belgio Austriaco constituendi (vulgo: Barrière-Tractaat) ictum fuit, a foederibus Trajectinis derivatum<sup>2)</sup>, minuit metum, quem increscens Galliae magnitudo praebebat: corroboratum erat Europae aequi-

<sup>1)</sup> «Barrière, terme si inconnu dans les anciennes négociations, que le Pensionnaire (HEINSIUS) avouoit hier qu'ils avoient été fort embarrassés à l'exprimer en Latin dans leurs derniers Traités." Ita de TORCY, quem laudat Cl. G. G. VREEDE, *Correspondance dipl. et milit. de Malbrouck, Heinsius et Hop.*, p. 166, in not.

<sup>2)</sup> Vid. (DE NÉNY) *Mémoires historiques et politiques des Pays-Bas Autrichiens* (Paris 1784), I, p. 141 sqq.

librium salva gentium libertate. Gallia, quamquam non amplius Europae dominatrix, insignem tamen locum inter civitates occupare pergebat, nulli cedens potentiori. Austria, quamvis coacta vanam spem restaurandi vastum CAROLI V imperium missam facere, Belgium tamen Meridionale regnaque Neapolitanum et Mediolanense suae ditioni ad junxerat. Merito quidem Angli post immortales Ducis a MARLBOROUGH victorias pacem a. 1713; initam nunc upabant »the shameful peace of Utrecht<sup>1)</sup>;” attamen ab hoc inde tempore Anglia, aemulis liberata, primaria in Europa gens maritima exstitit. Quas suae ditioni Hispania ablatas vidit regiones, eas ob indolem incolarum et situm geographicum vix suas unquam vocare potuerat, grataque ei fuit pax, quae post bellum, tot rerum angustiis et cladibus sociorum insigne, genti Borbonicae imperium reliquit. Solos vero Belgas, quibus bellum illustrem praebuerat campum tum gloriae militaris tum prudentiae civilis, pacis foedera eo redegerunt, ut quod coram legatis Belgicis jactaverat Gallus de POLIGNAC: »Messieurs, les circonstances sont changées, il faut changer de ton; nous traiterons chez vous, de vous et sans vous<sup>2)</sup>,” recte dictum esset, quin etiam posteriora, eheu! tempora praediceret. Respublica, supra vires bellum terrestre curans, classi minus providerat<sup>3)</sup>, quas-

1) Vid. Lord MAHON, *History of England from the peace of Utrecht to the peace of Aix-la-Chapelle* (ed. Baudry 1841), I, p. 3.

2) DUCLOS, *Mémoires secrets sur les règnes de LOUIS XIV et de LOUIS XV* (Lausanne 1791), I, 75.

3) Vid. J. C. DE JONGE, *Gesch. van het Nederlandsche Zeewesen*, IV, II, p. 533 sqq.

que suadentibus Anglis rejecerat sibi oblatas conditions frustra in memoriam revocare studebat. Hanc, magno aere alieno gravatam, deseruerant socii Angli, Gallicis cedentes blanditiis. Quid mirum, si Belgis parum profecit pax, quam *soli* inierunt. Ab hoc igitur inde tempore fractae sunt Reipublicae vires. Foedus enim de finibus per Propugnaculum custodiendis ictum et negotiationes de Ostendana Societate si excipias, de politicis Europæ rebus illi non ut antea multa moliri contigit<sup>1)</sup>. Florebat quidem pacis tempore mercatura, sed bello orto languescebat et maximopere periclitabatur neglectis maritimis viribus. Anglia contra magis magisque extendebat potentiam suam, Belgas, tam diu aemulos, a GULIELMI III inde aetate sibi adstrictos habens. — Quodsi vero Europæ aequilibrium spectamus, confirmatum pace Rheno-Trajectina, quae saeculo XVIII saepius fuit renovata, non possumus non suspicere sapientiam virorum, qui ea statuerunt, quae per saeculum fere valere visa sunt ad avertenda pericula, quae nimia unius praे altera civitatis potentia minabatur<sup>2)</sup>.

1) Vid. J. C. DE JONGE, *Geschied. v. h. Ned. Zeew. V. Inl.* p. XXI sqq.

2) De pacis Rheno-Trajectinae vi et momento vid. DE GARDEN, *Hist. gén. II*, 355—361. — Cl. G. G. VREEDE, *Correspondance diplomatique et militaire du duc de Marlborough, du Grand-Pensionnaire Heinsius et du Trésorier-Général des Provinces-Unies Jaques Hop, Introd.* p. V sq. — S. C. KLINKHAMER, *diss. de bello propter successionem regni Hispanici gesto, pace Rheno-Trajectina composito* (Traj. 1829), p. 193 sqq., et scriptores, quos laudat C. TH. VAN

Necessario haec mutata Europae conditio politica in rebus maritimis magnam vim exercere debuit. In crescente enim in dies navali Angliae potentia, diminutis vero ceterarum gentium, imprimis Belgarum, classibus, jura populorum mediorum in bellis, quae iterum orta sunt, haud minus quam antea uberrimum litium fontem aperuerunt. Libertas merces hostiles transvehendi iterum negotiationibus disceptata et agitata fuit, de quibus jam nobis agendum est.

Pace igitur Trajectina regulam »libera navi libera merx» exceptionis instar communi juri derogantis nonnullae gentes inter se stipulatae sunt, nonnullae vero silentio praeterierunt neque ideo admiserunt. Gallia, quae eam foederibus cum Anglis et cum Belgis agnoverat, non tamen erga ceteros populos eam observabat, quibuscum foedere non erat conjuncta. Edictum enim a. 1681 promulgatum, a. 1704 renovatum, quo statubatur regula »la robe d'ennemi confisque celle d'ami,» vigere pergebat. Flagrante bello successionis Hispanicac Galli, praeceptis hujus edicti non contenti, illas etiam merces publicabant, quae, quamquam amicorum essent amicisque navibus vectae, in terra hostili creverant aut fabricatae erant<sup>1)</sup>). Ipsum illud quod a. 1713 cum Belgis pepigerant foedus, tantum in 25 annos initum

---

LIJNDEN in spec. quo inquiritur an matrimonio Ducis de Montpensier pax Rheno-Trajectina violata dici possit (Traj. 1848), p. 30, not. 1.

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 20.

erat. Renovatum quidem fuit d. 21 Dec. 1739 <sup>1)</sup> itidem in 25 annos, iisdem circa jura neutralitatis privilegiis concessis, sed bello exorto per paucos tantum annos stetit, ultimunque hujus saeculi foedus mercaturae inter utramque gentem initum fuit. — Brevi post Galli foedus commercii et navigationis inierunt cum Danis, d. sc. 23 Aug. a. 1742 <sup>2)</sup>,

<sup>1)</sup> Foedus invenitur in opere inscripto *Groot Placaatboek*, VI, 324.— Vid. KLUIT, *Hist. fed.* I, p. 251 et *Index chron.* n. 1018. — D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, I, Tom. II, p. 345. — Art. 23. »Il a été convenu que tout ce qui se trouvera chargé par les sujets de sa Maj. dans un bâtiment des ennemis desdits Seigneurs Etats, quand même ce ne serait pas des marchandises de contrebande, sera confisqué avec tout ce qui sera chargé dans ledit bâtiment, sans exception ni réserve; mais que tout ce qui sera dans les bâtiments appartenant aux sujets de Sa Majesté, quoique la charge ou partie d'icelle fût aux ennemis desdits Seigneurs Etats, demeurera libre, sauf les marchandises de contrebande, etc.” Art. 24. »Tous les sujets et habitans des Provinces-Unies jouiront réciprocement... des mêmes droits, libertés et exemptions, dont il vient d'être dit que les sujets de sa Majesté etc.”

Ex eo, quod regula »libera navi libera merx” hoc foedere ita fuerit extensa, ut etiam hostes (exceptis tamen militibus) in navi amica navigantes liberarentur (art. 23, in fine »il a pareillement été convenu que cette liberté s'étendra aussi aux personnes qui se trouveront dans un navire libre; en sorte que, quoiqu'elles fussent ennemis de l'une et de l'autre des Parties ou de l'une d'icelles, il suffirait qu'elles se trouvassent dans le navire libre, pour qu'elles ne pussent en être tirées, à moins que ce ne fussent des gens de guerre au service desdits ennemis,”), effici potest amica necessitudo inter Galliam et Belgii F. Rempublicam tempore foederis icti, quam Cardinalis DE FLEURY constanter fovebat. Vid. DE FLASSAN, *Hist. de la dipl.* V, 106.

<sup>2)</sup> D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil des traités de commerce et de navigation de la France*, 1<sup>re</sup> partie, Tom. I, p. 305.

quo gentes pacientes etiam de immunitate mercium hostilium suis navibus vectarum convenerunt<sup>1)</sup>. Haec duo foedera unica sunt, quibus hac periodo Gallia confirmavit regulam »libera navi libera merx.“ Plura quidem init, sed quae prorsus contraria de gentibus mediis sanciebant placita. Ita e. g. tempore a pace Rheno-Trajectina paulum tantum remoto, d. 28 Sept. a. 1716, cum urbibus Hanseaticis paciscaens, derogavit quidem regulae »la robe d'ennemi confisque celle d'ami,“ Lege Naval a. 1681 constituta, sed statuit tamen art. 22: »les dites (i. e. navibus Hanseaticis impositae) marchandises, appartenan-

<sup>1)</sup> Art. 28. »Tout ce qui se trouvera chargé par les sujets du Sérénissime Roi Très Chrétien, dans des navires appartenant aux ennemis du Sér. Roi de Danemark, quoique n'étant pas marchandises de contrebande, sera confisqué avec tout ce qui se trouvera dans les mêmes navires, sans exception ni réserve. On fera de même de tout ce qui se trouvera chargé par les sujets du Sérénissime Roi de Danemark, dans des navires appartenant aux ennemis du Roi Très Chrétien, ce qui n'empêchera pourtant pas d'être libres et franches toutes les marchandises qui se trouveront dans les navires appartenant aux sujets du Sér. Roi Très Chrétien, encore que la charge de ces navires, ou une partie de la même charge, appartint aux ennemis du Sér. Roi de Danemark: comme aussi seront libres et franches toutes les marchandises qui se trouveront dans les navires appartenant aux sujets du Sér. Roi de Danemark, quoique la charge de ces navires ou une partie de cette charge, appartint aux ennemis du Sér. Roi Très Chrétien; sauf toutefois, de part et d'autre, les marchandises de contrebande. Non est igitur, quod quoque Danos in LUDOVICI XV a. 1744 Edicto exceptos fuisse miremur cum comite DE GARDEN (*Hist. gén.* V, 25, not. 2), qui (secutus SCHÖELLUM, *Hist. abr.* IV, 28, not. 1) hunc uidetur neglexisse articulum.

tes aux ennemis de Sa Majesté seront confisquées ;” et art. 24 eadem jubetur publicatio mercium, quas incolae urbium Hanseaticarum navibus Galliae hostilibus imposuissent<sup>1)</sup>). Mira sane est haecce praeceptorum conjunctio plane contraria communi foederum rationi, de quibus antea vidimus. Utī enim Consulatus Maris res hostiles publicari, amicas ubicunque repertas liberari jubet, ita secundum nova principia a vexilli conditione aut publicatio aut liberatio mercium pendebat. Hoc autem foedere ab una parte publicatio mercium statuitur quod *earum dominus hostis sit* (nempe art. 22), ab altera vero parte ob *navem* hostilem (vexilli igitur caussa), cui impositae sunt<sup>2)</sup>. — Ostendunt haec foederis cum urbibus Hanseaticis initi placita Galliam nondum eo liberalitatis pervenisse, ut quas pace Rheno-Trajectina regulas erga Belgas Anglosque aequas agnovisset, eas constanter adhiberet. Idem etiam demonstratur Edicto (s. Lege Naval) regis Galliae, quod d. 21 Oct. a. 1744 promulgatum est (*Réglement concernant les prises faites en mer et la navigation des vaisseaux neutres pendant la guerre*),

<sup>1)</sup> Vid. D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, I, Tom. III, 416, ubi foedus invenitur.

<sup>2)</sup> Vid. DE FLASSAN, *Hist. d. l. diplomatie Franç.* IV, 415. HUNNERUS (*de la saisie*, II, 191), contendit Gallos eam ob caussam huic foederi placita, Urbium Hanseaticarum mercaturae noxia, inservenda curasse, ut compensatio fieret privilegiorum, quae eodem hoc foedere concederentur. Haec enim, quamvis ab utraque parte sancita, Gallis longe minus lucri praebebant quam urbibus ob exiguum Hanseaticarum classium vim. Nobis vero haec non unica, nec

quo quaecunque hostilia in navibus amicis reperiuntur publicanda esse dicuntur<sup>1)</sup>. Excipiuntur tamen naves Danorum et Belgarum, quarum onera, quamquam hostilia (exclusis tamen mercibus vetitis), libera et immunia declarantur<sup>2)</sup>. Quod privilegium, Danis Belgisque prae ceteris gentibus amicis concessum, e foederibus a Gallis a° 1739 cum Belgis et a° 1742 cum Danis

---

primaria quidem caussa videtur insertorum placitorum, medium gentium mercaturaे nocentium, at potius rem explicamus ex LUDOVICI XIV Lege Navalı, a. 1681 promulgata, cuius placita in Gallia constanter observabantur, licet ab iis exceptionis instar pace Rheno-Trajectina in gratiam nonnullarum gentium remissum esset.

1) Quod legitur in JOURDAN, *Recueil général des anciennes lois Françaises* XXII, 173 sqq. — Vid. KLUIT, *Index chronolog.* n°. 1039. Legis Navalis art. V haec habet: «Si, dans les cas expliqués par les articles I, II, III et IV de ce règlement, il se trouvait sur lesdits navires neutres, de quelque nation qu'ils fussent, des marchandises ou effets appartenant aux ennemis de S. M., les marchandises ou effets seront de bonne prise, quand même elles ne seroient pas de fabrique du pays ennemi et néanmoins les navires relâchés.”

2) Art. XIV. »Les navires appartenant aux sujets du roi de Danemark, et ceux appartenant aux sujets des états-généraux des provinces unies, pourront naviguer librement pendant la présente guerre, soit de leurs ports à des ports d'autres Etats neutres ou ennemis, ou d'un port neutre à un port ennemi, ou d'un port ennemi à un autre port ennemi, pourvu que ce ne soit pas à une place bloquée, et que dans ces deux derniers cas ils ne soient pas chargés en tout ou en partie de marchandises réputées de contrebande par les traités;..... et dans le cas qu'ils se trouveraient chargés en tout ou partie desdites marchandises de contrebande, allant à un port ennemi, soit qu'ils fussent partis d'un autre port

initis, supra memoratis, explicandum est<sup>1)</sup>. Satis clare ceteroquin haec Lex Navalis probat Galliam tunc temporis, quamquam missam facientem regulam: »la robe d'ennemi confisque celle d'ami,» placitum tamen »libera navi libera merx» nondum universe agnoscisse, sed quod ad jura gentium in bello mediarum attinet rediisse ad pristina Consulatū Maris principia<sup>2)</sup>, quantum saltem id foedera sinerent.

Mox autem iterum bellum exarsit, idque de successione Austrriaca, quod repetitis de libera mediarum gen-

ennemi, ou d'un port neutre, lesdites marchandises seront de bonne prise, sans que les navires et le surplus de leur cargaison, ni leurs biens et effets, puissent être retenus, quand même ils appartiendraient aux ennemis.”

Articulo XV Suecis et Urbium Hanseaticarum incolis itidem ex foederibus antea ictis conceditur tantum remissio regulae »la robe rel.,» non vero admittitur regula »lib. navi lib. merx;”

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 25 et supra pag. 76, in not.  
2) VALINUS (in *Nouveau Commentaire sur l'ordonnance de la Marine du mois d'Août 1681*, II, 253) de illa remissione regulae »la robe rel.,» scripsit: »Comme ce nouvel arrangement n'a été fait que relativement aux traités conclus avec quelques Puissances amies ou neutres, et que cela peut changer dans la suite, il ne faut pas perdre de vue le principe établi par notre article (nempe Legis nav. aî 1681, art. 7 tit. IX, lib. III, de quo vid. supra pag. 58), suivant lequel, dès qu'il y a des effets ennemis dans un navire, tout est sujet à confiscation. L'Observateur Hollandais, dans sa trente et unième lettre pag. 37, pense qu'il seroit plus conforme à l'équité, que les marchandises des ennemis fussent même exemptes de confiscation; mais cette réflexion politique ne peut tenir contre les raisons ci-dessus apportées.”

tium navigatione litibus ansam praebuit. Quo in bello, cuius Belgae, initio saltem, partes nullas suscepserant, crebrae depraedationes locum habuerunt. Angli quippe, Hispanis bellum indicentes, denuntiaverant se omnes naves, merce vetita onustas, publicaturos esse: ac revera contra foedus anni 1674 multas naves Belgicas ceperunt, non solum quae merces vetitas, sed etiam quae licitas quamvis Hispanicas vchebant. Legato HOPPIO, ab Ordinibus Londonum misso, de hac foederum violatione questo responsum est, depraedationes illas ex Parlamenti legibus obtinere. Jussit quidem GEORGIUS II (a. 1744) foedus cum Belgis observari, sed nihil valuerunt regia jussa ad coercendas praedonum rapinas. Angli belligerantes jura mediarum gentium parum curabant<sup>1)</sup>.

Nec magis foedera cum Gallis inita Belgis profuerunt. Quum enim Ordines foedus neutralitatis a rege Galliae propositum inire recusarent<sup>2)</sup>, LUDOVICUS XV d. 31 Dec. a. 1745 sustulit foedus commercii et navigationis, quod a. 1739 renovatum fuerat<sup>3)</sup>, unde Belgae privilegium amiserunt exceptionis, Lege Naval i. 1744 concessum. Bello autem non diu post exorto inter Regem et Rempubli-

1) Vid. WAGENAAR, *Vad. Hist.* XIX, 323. — WAGENAAR, Verzameling van historiesche en politike Tractaaten, (Amst. 1779) I p. 228 sqq.

2) De conditione politica, qua hoc tempore Respublica Belgii Foed. utebatur, vid. J. K. J. DE JONGE, *Geschiedenis van de diplomatie gedurende den Oostenrykschen successie-oorlog en het Congres van Aken* (Leiden 1852) p. 32, 61 et 114 sqq.

3) Vid. KLUIT, *Index chronol.* no. 1046.

cam, Belgae e Gallorum depraedationibus multa damna passi sunt. Ordines ideo et par pari referendo <sup>1)</sup> et amica legatorum intercessione <sup>2)</sup> rupti foederis mercatorii renovationem impetrare conati sunt, quod tamen iis non contigit, nec pace quae Aquisgrani a. 1748 icta est, neque postea <sup>3)</sup>.

Similes interea ortae erant controversiae de juribus gentium mediariis inter populos, nullis foederibus inter se junctos. Quae publice hac de re disceptationes belli tempore habitae sunt, maximi momenti sunt ad statum (ut ita dicam) nostrae quaestio*nis illustran-*dum, quandoquidem argumentum accurate et undique agitatum exponunt. Ubi enim non de foederum verbis, verum de communis juris gentium praeceptis inter principes lites oriuntur, civitates litigantes illa argu*menta proferre solent, quae eo tempore juri gentium com-*muni accommodata habeantur. Unde facile intellexeris has negotiations magis quam foedera ansam praebere ad dijudicandum quid hac illave periodo fuerit juris communis, nec quis mirabitur, si harum praesertim contro*versiarum rationem habemus.*

Bellum maritimum, quod ortum est inter Galliam et

1) Vid. WAGENAAR, *Vad. hist.* XX, 172.

2) De legatorum conaminibus ad renovandum foedus mercaturae inter Gallos et Belgas vid. J. K. J. DE JONGE, *Gesch. v. d. diplomatie I.* passim, et imprimis p. 120 et 151.

3) Vid. WAGENAAR, *Vad. Hist.* XX, 335. — KLUIT, *Hist. fede-*rum, I, 251.

Hispaniam ab una et Angliam ab altera parte, notissimam illam litem peperit inter reges Angliae et Borussiae de *débito Silesiaco*, cuius, quippe a multis<sup>1)</sup> copiose expositae, concinna relatio hîc ad argumentum nostrum sufficiat. De cunctis fere juribus, liberam populorum in bello mediorum navigationem spectantibus, hac opportunitate utrimque sententiae prolatae sunt. De jure perscrutandi naves amicas (*droit de visite*), de mercibus vetitis (*contrebande*), de mari libero, de foro gentis mediae, de jure capiendi naves mercesque cum amicas tum hostiles, verbo: de toto neutralitatis jure disputatum est. Non nostrum est haec omnia plane exponere; ceteris igitur missis, ea tantum memorabimus, quae spectant regulam circa merces hostiles amicis navibus vectas.

Anno 1744 legatus Borussiae apud Anglos, ANDRIÉ, jussu FREDERICI II inquirere conatus est, quaenam principia Angli per bellum observaturi essent de Borussorum mercatûs commercio, quippe qui mediis essent. Cui respondit Nobilissimus CARTERET, eandem gentibus mediis navigandi et mercandi libertatem fore qua tempore pacis uterentur, excepta tamen mercium vetitarum vectura, eodemque jure fore Borussos ac ceteras gentes amicas<sup>2)</sup>. Rex Borussiae cum incolis sui regni responsum hoc communicavit, mercibus enumeratis, quae secundum

---

<sup>1)</sup> E. g. CHA. DE MARTENS, *Causes célèbres du droit des gens*, II, p. 1—88. — WHEATON, *Hist. des progrès*, I, p. 260—271.

<sup>2)</sup> Vid. HUBNER, *de la Saisie*, I, 81.

foedera Angliae cum aliis gentibus mediis pro vetitis  
habendae erant. Quum vero et a. 1745 et postea multae  
Borussorum naves, gallicis onustae mercibus, praesertim  
tribibus, ab Anglis caperentur et praedonibus a collegiis  
archithalassicis adjudicarentur, legatus MICHELL, qui  
locum legati ANDRIÉ exceperat, ea de re questus <sup>1)</sup>, a.  
1748 a Nobilissimo CHESTERFIELD responsum tulit: »qu'il  
»y a des traités de commerce, qui subsistent actuelle-  
»ment entre la Grande-Bretagne et certains états neu-  
»tres, et qu'au moyen des engagemens formellement con-  
»tractés de part et d'autre par ces mêmes traités, tout  
»ce qui regarde la manière d'exercer leur commerce  
»réciproquement, a été finalement constaté et réglé.

»Qu'en même temps il ne paraît point qu'aucun traité  
»de cette nature existe à présent ou a jamais existé  
»entre S. M. et le roi de Prusse; mais que cela n'a  
»jamais empêché, que les sujets prussiens n'ayent été  
»favorisés par l'Angleterre par rapport à leur nava-  
»gation, autant que les autres nations neutres; et cela  
»étant, S. M. ne suppose pas, que l'idée du roi votre  
»maître soit, d'exiger d'elle des distinctions, encore  
»moins des préférences en faveur de ses sujets à cet  
»égard.

»Que de plus S. M. Prussienne est trop éclairée pour

<sup>1)</sup> Epistolam legati MICHELL, d. d. 18 Jan. 1748 germanice ex-  
hibet v. MARTENS, *Erzählungen merkwürdiger Fälle des n. Eur.  
Völkerrechts* (4<sup>o</sup> Gott. 1800) I, p. 236—238.

»ne pas connaître qu'il y a des lois fixes et établies  
»dans ce gouvernement dont on ne peut point s'écarte."'

Anglorum vero depraedationes solennibus his significationibus non prohibebantur, multaeque naves non solum Borussicae sed etiam reliquarum gentium mediari, Borussica merce onustae, ab iis capiebantur. Multae inde querelae. Quum autem a. 1751 tempus instaret, quo <sup>RE</sup>FREDERICUS II e foederibus Vratislaviensi (d. 11 Jun. 1742) et Berolinensi (d. 28 Jul. 1742) sortem hypothecae Silesiacae Anglis solvere debebat, quatuor consiliarios, praeside clarissimo jurisconsulto coccejo, indagare jussit num Angli jure naves cepissent, sin vero injuriâ id fecissent, num hujus sortis pecuniam iis Borussis, quorum naves mercesve ab Anglis publicatae essent, qua damna accepta compensarent, solvere liceret. Hinc consilium juris exstis, quo hi viri probare conati sunt Anglos injuria depraedatos esse, et merito solutionem ad finem praedictum adhiberi licere. Quam sententiam secutus, <sup>FREDERICUS</sup> consilii causas Anglis aperuit. — Ab altera vero parte rex Angliae itidem quatuor jurisconsultis hujus rei investigationem mandavit, qui sententiam prorsus contrariam tulerunt. Ex his monumentis ea tantum referemus, quae nostrum argumentum spectant. Borussi contendebant <sup>1)</sup> nemini licere hostem in territorio amico degentem aggredi, non magis quam ibi ejus res capere: naves autem medias pro terri-

---

<sup>1)</sup> Sententia et caussarum enumeratio leguntur apud DE MARTENS,  
*Causes célèbres*, II p. 10, 12 sqq.

torio medio esse habendas : inde sequi, haud licuisse Anglis auferre res hostiles, navibus Borussorum, quippe amicorum, impositas : quam ceteroquin regulam (que les vaisseaux libres rendent les marchandises libres) foederibus Angliae cum Belgio et Gallia, ut etiam foederibus reliquarum maritimarum gentium inter se initis, esse sancitam.

Ad quae responderunt Angli (monumento quod omnium admirationem movit conscripto a jurisconsulto MURRAY, qui postea titulum Nobilissimi MANSFIELD accepit <sup>1</sup>), conten-

<sup>1</sup>) Nob. CAMPBELL in vita Nobilissimi MANSFIELD ita scripsit: »Murray closed the longest and most brilliant Solicitor Generalship recorded in the annals of Westminster Hall by a service of lasting importance to the rights of Great Britain, upon which depends her greatness as a maritime power. The king of Prussia, backed by some neighbouring states, had sought to remodel the law of nations in a way that would have rendered naval superiority in time of war of little avail, — by asserting that belligerents are not entitled to seize upon the ocean the goods of enemies in neutral ships; by insisting that contraband of war, the property of neutrals, may be carried by them to enemies' ports; by denying the right of neutrals, under any circumstances, to search the vessels of belligerents, and by attacking the legality and validity of all the proceedings in the Courts of Admiralty of England for a condemnation of neutral ships or goods by reason of an alleged violation of the duties of neutrality. These pretensions were embodied in a memorial presented by M. Michell, the Prussian minister at the Court of St. James's. The masterly answer to it is signed by Sir George Lee, Judge of the Prerogative Court, Dr. Paul the Advocate General, and Sir Dudley Ryder the Attorney General, as well as by Mr. Murray the Solicitor General; but we know, from undoubted authority, that the composition of it was exclusively his. Having myself been employed to write such papers, I may possibly be not unqualified to criticise it, and I must say

dentes belligeranti jus esse capiendi naves, merces, omnesque  
res hostiles: proprietatem vero amicorum, bello abstinen-  
tium, semper et ubi vis esse immunem: merces igitur hosti-  
les in navi amica repertas publicandas esse, amicas etiam in  
navi hostili liberas manere: diuturno usu haec juris gen-  
tium communis principia confirmata esse, atque in Anglia,  
Gallia et Hispania per bellum, recens gestum, obser-  
vata: contrariam agendi regulam injustam fore atque ab-  
surdam: nisi saltem obstent foedera, quae exceptionis

---

that I peruse it with a mixed sensation of admiration and despair.  
The distinctness, the precision, the soundness, the boldness, the  
caution, which characterise his propositions, are beyond all praise;  
and he fortifies them by unanswerable arguments and authorities.  
Preserving diplomatic — nay, even judicial calmness and digni-  
ty, — he does not leave a tatter of the new neutral code unde-  
molished. Thus with imperishable granite he laid the foun-  
dation, on which the eternal pillar of England's naval glory has  
been reared.

This performance particularly excited the admiration of the Pre-  
sident Montesquieu, who said it was «réponse sans réplique.”  
It is the great repertory to which our advocates and judges have  
had recourse when any part of these dangerous pretensions has  
been readvanced. Sir William Scott (Lord Stowell) often quo-  
ted it, always spoke of it with reverence, and represented his  
own decisions, which are received with submission throughout the  
civilised world, as only an expension of its principles.” Ita Lord  
CAMPBELL, *The Lives of the Chief Justices of England from the  
Norman Conquest till the death of Lord Mansfield*, II, 376. Ex  
his verbis patet, Anglos etiam hodie (scripta enim sunt a. 1849) poten-  
tiam navalem normam juris gentium habere, eosque igitur eadem prin-  
cipia profiteri de juribus neutralitatis, quae per multa saecula obser-  
vaverint nisi foedera (ceteroquin saepe violata) obstant.

privilegiique instar, at nullam tamén nisi inter paciscentes vim habentia, communi regulae derogaverint: ea igitur foedera, quae Angli cum reliquis populis iniissent de immunitate mercium hostilium in suis navibus repartarum, Borussis nec nocere nec prodesse. Hostium autem merces ubicunque repertas revera a belligerantibus publicari licere, Anglus ex multorum doctorum virorum opinionibus, ex consuetudine gentium et maxime ex eo probare conatus est, quod ad contrariam regulam obtinendam nonnulli populi expressas stipulationes adhibendas esse putassent.

Hisce Anglorum ratiocinationibus sua Borussi argumenta opposuerunt, et ea iterantes, quae jam antea attulerant, et praeterea contendentes belligerantium deprationes non valere ad usum probandum: regulam Anglorum, e qua res hostium *ubicunque* repertae caperentur, juri communi adversari: naves amicas pro territorio amico esse habendas, nusquam ergo perscrutationi obnoxias esse, nec onere posse privari: regulam porro: »libera navi «libera merx» mercaturaे esse utilissimam, contrariam vero perniciosissimam; et quandoquidem utilitas sit fundamen-  
tum juris gentium (»l'utilité et la convenance générale du genre humain fournissent l'unique fondement solide au droit des gens»), placitum, ex quo merces navibus amicis vectae liberentur, non tamquam exceptionem, sed ut normam generalem foederibus esse statutum. Ostendere praeterea Borussi studebant, hanc regulam ipsorum Anglorum mercaturaे prodesse, atque iis observandam esse

erga eas gentes, quae ipsae eam adhiberent; eamque, quam ipsi Angli in nonnullorum populorum favorem constituerent, omnibus gentibus amicis esse concedendam, quippe quibus jus sit paria poscendi privilegia<sup>1)</sup>.

Jam vero quid ex hac sententiarum pugna de jure gentium illius temporis efficere licet? Vidimus Angliam eadem protulisse principia, quae per multa saecula per totam fere Europam viguisserent. Borussi vero novam regulam propugnabant, et jure quidem contendebant, sibi omnia ea jura competere, quibus reliquae gentes *amicae* fruebantur, sed populorum cum Anglia *foederatorum* stipulationes, regulam "libera navi libera merx" statuentes, inter Anglos et Borussos nullam vim habere poterant. Quum vero inter Anglos et Borussos nullum navigationis et mercaturae foedus vigeret, immerito Borussi ad ea provocabant, quae reliquae gentes ab Anglis obtinuerant. — Et revera non est quod miremur Anglos, qui post pacem Trajectinam magis magisque viribus maritimis excellere coepissent, jura neutralitatis parum cordi habuisse. Nullam enim gentem timentes, principatum illum maris, de quo antea, praesertim cum Belgis, tanta contentione certaverant, si non jure, facto sal-

---

1) Pace Westmonasterensi (d. 16 Jan. 1756) inter Angliam et Borussiam facta transactione haec lis ita direpta est, ut rex Borussiae se debitum Silesiacum, Angli vero se 20000 librarum sterl. summam ad Borussorum damna resarcienda soluturos esse promitterent. Borussos vero haud diligenter haec sua debita praestitisse ex eo patet, quod a. 1783 Belgae (qui majorem sortis hypothecati partem crediderant) has pecunias Austriacis compensandas proposuerunt. Vid. v. MARTENS, *Erzählungen*, I, p. 284 et 101.

tem ab hoc inde tempore adepti sunt. Borussorum contra, mercaturam suam viribus navalibus longe minoribus defendantium, maxime intererat propugnare ea placita, quae mediarium gentium navigationem contra potentiorum vim tuerentur. Populi ad mare Balticum habitantes hac de qua loquimur aetate universe enitebantur ut principia mitiora in jus gentium inducerent. Ita Russorum Imperator anno 1715 Ordinibus Generalibus Belgii misit conjunctionem foederis, quo etiam regulam "libera navi libera merx" sanciendam obtulit: res vero eventu caruit<sup>1)</sup>). Idem etiam Danos studuisse mox nobis

<sup>1)</sup> Vid. Tractatus de Rebus Maritimis inter Serenissimum ac Potentissimum Dominum PETRUM ALEXIEWIZ totius magnae, parvae, albaeque Russiae Autocratora, etc., etc., ab una, et Celsos ac Praepotentes Dominos Ordines Generales Foederati Belgii ab altera parte, initus..... et conclusus..... 1715, cuius art. 9 ita se habet: "Porro convenit, ut quidquid per subditos Czareae Majestatis deprehendetur impositum in Navem quamcunque ad hostes aut inimicos Praepotentium Dominorum Ordinum Generalium spectantem, quamvis nulla ejus oneris portio sit de genere mercium prohibitarum, id omne fisco addici possit; atque ut e contra libera et immunia futura sint omnia, quae deprehendentur immissa navibus, quae ad Subditos Czareae Suac Majestatis pertinent, etiamsi vel totum onus proprium fuerit hostibus aut inimicis Dectorum Dominorum Ordinum, et tale esse probari possit, exceptis tamen mercibus prohibitis. — Pari ratione, quidquid per Subditos Domini Ordinum Generalium deprehendetur impositum in Navem quamcunque spectantem ad hostes Czareae Suac Majestatis, rel." Vid. DUMONT, VIII, I, p. 468. — KLUIT, Index, n. 936. — Czar gloriostissimus ea principia prae se ferebat, quorum nostrates, dum apud eos degebat, fortasse studiosos viderat; sed frustra eos allucere conatus est.

apparebit. Quarum tamen gentium conamina felicem exitum nacta non sunt, quamdiu et Galli et Angli, qui plurimum opibus navalibus valebant, viam plane contraria sequebantur. Quicquid est, Borussi in lite de debito Silesiaco jus gentium non tantum foederum ope, verum omnino ex ipsis juris universalis praceptis emendare et jura neutralitatis vindicare studuerunt. Nimis tamen ambitiose dictum putamus, quod contendit MARTENS: »On peut dire que c'est FRÉDÉRIC II, qui a le premier soutenu les principes de la neutralité maritime, et que M. DE HERTZBERG en a été le premier défenseur<sup>1)</sup>;” similium enim litium, quae antea ortae fuerunt, exempla se nobis jam obtulerunt.

---

§ 2.

1756—1780.

Pacem Aquisgranensem pro induitiis tantum habendum esse, ostendit bellum, quod a. 1756 ortum est inter Galliam et Angliam de vi et significatione stipulationis, qua in foederibus Trajectinis et Aquisgranensi utriusque populi coloniarum limites in America Septentrionali constituti erant. Quod per septem annos itidem multis de mercatura gentium mediarum litibus caussam

---

1) CH. DE MARTENS, *Causes célèbres*, II, 87 in nota. Anno 1747 HERTZBERGIUS hac de re scripsit libellum memorialem cum aula Anglica communicatum.

praebuit. Quamquam enim Belgae et Dani a neutra beligerantium parte stabant, nihilominus tamen Anglorum depraedationes eorum navigationi multa damna et impedimenta attulerunt.

Vigebat enim ineunte hoc bello inter Belgas et Anglos foedus mercatorium a. 1674 ictum, d. 6 Febr. 1716 <sup>1)</sup> et d. 27 Maji 1728 <sup>2)</sup> renovatum. Quum vero Belgae, foederis illius articulis freti, navigare incepissent in Americanas Gallorum colonias, multae eorum naves ab Anglis captae sunt <sup>3)</sup>. Notandum autem est Gallos bello exerto Belgis, praeceteris gentibus, liberam cum coloniis suis mercaturam concessisse, quam antea non passi essent: ipsi enim Galli in Americam navigare a praedonibus Anglicis prohibebantur. Angli vero contendebant Belgas, ita agentes, non suas sed Gallorum res curare, atque igitur neutralitatem violasse. Quibus opponebant Belgae mercari cum portibus hostilibus sibi e foederibus licere, atque ita etiam cum coloniis Gallicis, nec obstare, quod hanc concessionem bello jam flagrante a Gallis impetrassent. Angli vero placitum, e quo gentibus amicis non liceat eam agere mercaturam, quae pacis tempore vetita sit, quippe quum soli metropoli coloniae pateant, ab hoc inde tempore constanter prae se tulerunt. Quod

<sup>1)</sup> Art. 2. In *Groot Placaatboek*, V, 540. — Vid. KLUIT, *Index chronol.* n. 940.

<sup>2)</sup> WAGENAAR, *Verzameling van Historische en politieke Tractaaten* (Amst. 1779) I, 113 et 217. — KLUIT, *Index chronol.* n. 989.

<sup>3)</sup> Vid. KLUIT, *Iets over den laatsten Engelschen Oorlog*, p. 16 sqq.

quum nunquam antea ab Anglis esset enuntiatum, vulgo dici solet *regula belli anni 1756 (Rule of war)* <sup>1).</sup>

Danorum mercaturam Angli haud minus prohibebant, quam ceterarum gentium, quae medias in bello partes tenebant. Anno 1757 in portus Angliae meridionales et occidentales amplius CXX naves mediae deductae sunt, ubi judicium exspectarent, quippe quae Gallicis mercibus onustae essent <sup>2).</sup> Quapropter rex Daniae legatum misit in Angliam et in Galliam, qui libertatem maris tueretur, HUBNERUM illum, qui postea peculiari libro <sup>3)</sup> populorum mediorum jura de mercatura et navigatione vindicare conatus est. Hic liber, illustrissimo BERNSTORFFIO inscriptus, magnam famam nactus est, neque tamen eo tempore valuit ad Anglorum depraedationes compescendas <sup>4).</sup>

<sup>1)</sup> Vid. WHEATON, *Hist. d. progrès*, I, 271. — HUBNER, *de la Saisie*, I, 74. — *Memorie, betreffende de Prijzen, door de Engelsche Oorlogsschepen en Kaapers gemaakt op Schepen van Ingezeten van deezen Staat, gaande naar, of komende uit de West-Indiëen*, in WAGENAAR, *Verzameling v. hist. en pol. Tractaaten*, I, 247 sqq. et *Nadere of tweede Memorie*, ibidem I, 275 sqq.

<sup>2)</sup> Vid. HUBNER, *de la Saisie*, I, 206. De damnis, quae ex his depraedationibus Belgae passi sunt, vid. *Maandelykse Nederlandse Mercurius* I (Aug. 1756), p. 56 et V (Aug. 1758), p. 71 sq.

<sup>3)</sup> HUBNERI opus, cui titulus: *De la saisie des bâtimens neutres ou droit qu'ont les nations belligerantes d'arrêter les Navires des Peuples amis*, prodit Hagae Comitis a. 1759, II voll.

<sup>4)</sup> Quae affert HUBNERUS (I, p. 209—222) argumenta ad probandum belligerantibus non competere jus capiendi merces hostiles návibus amicis impositas, rectae rationi et justitiae satis consentanea esse videntur. Sed aliud est jus gentium universale, aliud Europaeum.

Haec facta satis ostendunt Anglos ea aetate severitatem Consulatus Maris circa amicorum navigationem nequam relaxasse, eosque regulam »libera navi libera merx» nonnisi invitatos uno altero ve foedere concessisse, minime vero ad omnes gentes in bello medias extendisse <sup>1)</sup>). Magis magisque maritima potentia excellentes, eas constanter regulas vindicaverunt, quae sibi praे aliis utiles essent, quasque nulla gens vi impeditre posset. Pace autem a. 1763 icta Anglia plures Hispanorum et Gallorum colonias obtinuit, ac prima Europæ gens maritima exstitit <sup>2)</sup>. Hanc mirum igitur si reliqui populi co majore studio ab hoc praesertim inde tempore ea placita circa jura neutralitatis obtinere conati sunt, quae jam antea vidi- mus maximopere gentes minores, mercium vecturae praecipue operam dantes, propugnasse.

---

Sane quod ad hoc attinet, haud improbandum videtur VALINI dictum: «et auteur (HUBNERUS) est absolument décidé pour les neutres, et semble n'avoir écrit que pour plaider leur cause. Il pose d'abord ses principes, qu'il donne pour constants, puis il en tire les conséquences qui lui conviennent.” Vid. WHEATON, *Hist.* I, 283.

1) Anglus JENKINSON (qui postea Lord LIVERPOOL dictus est) a. 1757, eleganter hoc systema propugnans atque imprimis Belgarum querelis respondens, scripsit: *A discourse on the conduct of the Government of Great-Britain in respect to Neutral Nations*, prefixed to: *A Collection of all the Treaties of Peace, Alliance, and Commerce between Great-Britain and other Powers, from the Treaty signed at Munster in 1648, to the Treaties signed at Paris in 1783* (London 1785). Quem refellit WAGENAAR, *Verzameling v. hist. en pol. Tractaten* I, 333 sqq.

2) Vid. WHEATON, *Hist. d. progrès*, I, 225.

Uti enim regulam nostram Belgae inde a sacculo XVII  
dimidiato quantum poterant foederibus sibi stipulari  
perpetuo conati erant, ita etiam Danos ceterasque gen-  
tes ad Mare Balticum habitantes eandem libertatem  
jure gentium Europaeo hoc fere tempore confirmandam  
curasse animadvertisimus. Anglia contra in lite de debito  
Silesiaco supra memorata satis palam ostenderat se ami-  
corum jura postponere commodis belligerantium, nec  
concedere hanc regulam populis nullis foederibus sibi  
conjunctis. Jam vero Gallia, quae antea parum amicorum  
mercaturae faverat, quaeque legibus navalibus a. 1584,  
1681, 1704 et 1744 promulgatis immunitatem mercis  
hostilis in navibus amicorum repertae, nisi foedera (quae  
inire plerumque tergiversabatur) aliter jubebant, semper  
negaverat, anno 1778 istam agendi rationem prorsus de-  
seruit, et deinde navigationis mediac libertatem saepe  
propugnavit.

Foederatarum Civitatum Americanarum Reipublicae,  
tanquam liberae civitati, prima foedera et amicitiae et  
navigationis commerciique inire contigit cum Gallia. Art.  
25. foederis mercatorii d. 6 Febr. 1778 icti statuebat:  
» il est stipulé par le présent Traité, que les bâtimens  
» libres assureront également la liberté des marchandi-  
» ses, et qu'on jugera libres toutes les choses, qui se  
» trouveront à bord des navires appartenant aux sujets  
» d'une des Parties contractantes, quand même le char-  
» gement, ou partie d'icelui, appartiendrait aux enne-  
» mis de l'une des deux; bien entendu néanmoins que

» la contrebande sera toujours exceptée<sup>1)</sup>. » Quod igitur foederum a recens nata Civitate Americana ictorum agmen ducit, hoc de juribus neutralitatis eam regulam sanxit, de qua jam saeculo amplius in Europa certatum erat. — Non diu post, d. 26 Julii ejusdem anni 1778, LUDOVICUS XVI Legem Navalem tulit, cujus art. I ita se habet: » Fait défenses Sa Majesté à tous armateurs, d'arrêter et de conduire dans les ports du royaume, les navires des puissances neutres, quand même ils sortiroient des ports ennemis, ou qu'ils y seroient destinés; à l'exception toutefois de ceux qui porteroient des secours à des places bloquées, investies ou assié-gées. A l'égard des navires des états neutres, qui seroient chargés de marchandises de contrebande destinées à l'ennemi, ils pourront être arrêtés, et lesdites marchandises seront saisies et confisquées; mais les bâtiments et le surplus de leur cargaison seront relâchés, à moins que lesdites marchandises de contrebande ne composent les trois quarts de la valeur du chargement; auquel cas les navires et la cargaison seront confisqués en entier. Se réservant au surplus Sa Majesté, de révoquer la liberté portée au présent article, si les puissances ennemis n'accordent pas le réciproque dans le délai de six mois, à compter du jour de la publica-

<sup>1)</sup> Foedus, ab Americanis BENJ. FRANKLIN, DEANE et ARTHUR LEE atque a Gallo GERARD subscriptum, legitur in D'HAUTERIVE ET DE Cussy, Recueil, I, Tom. I, p. 457.

»tion du présent règlement 1).” Haec igitur lex, quamquam non expressis quidem verbis, satis tamen aperte constituit regulam: »libera navi libera merx 2).”

Undenam autem haec subita 3) juris gentium in Gallia

1) Vid. JOURDAN, ISAMBERT et DECROUSY, *Recueil général des anciennes lois Françaises*, XXV, p. 367. — DE FLASSAN, *Hist. d. l. diplom. Fr.* VII, 183.

2) Comes de GARDEN, *Hist. gén.* V, 25 (secentus virum Cl. SCHOELL, *Hist. abr.* IV, 28), ostendere conatur legem navalem a LUD. XVI a. 1778 promulgatam non admisisse regulam: libera navi libera merx, contendens contrariam regis voluntatem ex eo effici posse, quod placitum illud non totidem verbis expressa sit: etsi enim, ait, contraria non statuantur, artº. 15 tamen lex navalis anni 1681 confirmatur »en tout ce à quoi il n'aura pas été dérogé par le présent règlement.” Deinde foedus, quod d. 18 Sept. 1779 Gallia cum duce Mecklenburgensi Sweriniensi iniit, artº 15 ita statuit: »tous les effets, denrées et marchandises généralement quelconques appartenant aux ennemis du Roi, qui se trouvent sur les navires dudit duché, seront confisqués.” Quod foedus dicitur esse »une preuve sans réplique.” Ita comes de GARDEN.

Nobis secus videtur. Revera enim mercium hostilium navibus amicis vectarum immunitatem hac lege navali condi, ex eo patere videtur, quod vetantur praedones sistere atque in Galliae portus du cere naues medias, nullam mercem vetitam vehentes neque ad loca obsessa tendentes. Universe igitur ex hujus articuli verbis, libera navigatio gentibus mediis conceditur, duabus tantum exceptionibus statutis, nulla ceteroquin mercium domini ratione habita. In legibus autem interpretandis, enumeratis regularum exceptionibus novae addendae non sunt. Quod autem ad foedus Mecklenburgiense attinet, id procul dubio cum lege navali pugnat. Sed ut Gallia eo tempore, quo nonnullis foederibus regulam novam recipi patiebatur, universe tamen eam erga ceteros amicos non observabat, ita etiam hoc foedus erga unam aliquam gentem derogationem sancire potuit, communi agendi rationi contrariam. Num praeterea priorem legem ex posteriore foedere explicari liceat, alii viderint.

3) Paullo ante, d. 1 Apr. 1769, cum civitate libera Hamburgo

mutatio explicanda est? Haud profecto ex renata reverentia illorum placitorum, quae pace Trajectina inter Galliam et nonnullas Europae gentes sancita erant, quippe cuius pacis foedera aut bello erupta, aut ipsis Gallis renitentibus non renovata essent. Vera autem caussa inde videtur derivanda, quod restituta marium libertas tunc temporis Gallorum non minus quam ceterarum gentium mercaturaे favebat. Eo magis enim cum Republica Civitatum Foederatarum mercaturam promovere cupiebant, quo majora damna Angli inde passuri essent. Bellum praeterca nuperime cum Anglia ortum erat; quapropter Galli sibi reliquas gentes quarum amicitia et ope indigebant amicas reddere studebant. Quicquid est, hoc tempore Gallia universe nova proclamavit placita, quae per multos annos magna cum industria plures Europae gentes ab ea fuerant stipulatae.

---

Gallia mercaturaे foedus inierat, cuius art. 17 ita statuebat: «Les marchandises de contrebande, et les denrées de la qualité spécifiée par les articles précédens, et dans les cas y expliqués, ainsi que tous les effets, denrées et marchandises généralement quelconques appartenant aux ennemis du Roi, qui se trouveront sur les navires de la dite ville, seront confisquées; mais le navire, ni le reste du chargement ne seront pas sujets à confiscation.” Vid. D’HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, I, T. III, p. 433. — Convenit igitur hic art. cum principiis legis Gallicae navalium a<sup>i</sup> 1744, remittens regulam: «la robe d’ennemi rel.” nec tamen statuens regulam «libera navi libera merx.” — Foedus ceteroquin a<sup>i</sup> 1769 hodie vim suam amisit; hoc enim quo vivimus tempore necessitudinem Galliae cum urbibus Hanseaticis jus gentium Europaeum commune moderatur. Vid. CII. DE MARTENS et FERD. DE CUSSY, *Recueil manuel et pratique de traités, conventions et autres actes diplomatiques*, I, pag. 85 in nota.

Magis magisque igitur populi Europaei regulam: libera navi libera merx," utpote justitiae et rectae rationi consentaneam, jure gentium confirmatam habere incipiebant. Soli Angli contraria profitebantur placita. Quae quidem fuit rei conditio quum a. 1780 celeberrima illa Neutralitatis armatae foedera inita sunt, de quibus nobis proximo capite agendum est. Pugna igitur spectanda erit de libera gentium mediarium mercatura, quae inter Anglos ab una et reliquas Europae gentes una cum Republica Americana ab altera parte gesta est.

## CAPUT V.

QUID DE REGULA „LIBERA NAVI LIBERA MERX” ACTUM SIT  
INDE A FOEDERIBUS NEUTRALITATIS ARMATAE USQUE  
AD CONGRESSUM VINDOBONENSEM (1780—1845).

---

### § 1.

*Consociatio gentium de Neutralitate armata.*

(1780—1793)

Vidimus quatenus initio belli Americani inter Angliam et Galliam placitum „libera navi libera merx” jure gentium Europaeo receptum fuisse dici possit: Angli nempe constanter sequebantur et fortiter vindicabant pristina Consulatū Maris principia, reliquae vero gentes nostram regulam probabant. Pleraque autem, ut eam in mercatura et navigationis commodum juri communis substituerent, ante hoc tempus singulae aut foederibus, aut legibus navalibus, aut politicorum virorum transactionibus usae erant. Jam opportunitas adesse videbatur, ut conjunctis viribus eam substitutionem om-

nino efficerent et vindicarent, nobilissimis nimirum Neutralitatis armatae foederibus ineundis. Propositi hujus ciminis fines non sinunt caussas enumerari atque ex omni parte explicari, quae CATHARINAM, Russorum Imperatricem, moverint ad jura gentium in bellis mediarum tuenda, nec fuse foederum fata exponi: permultis haec scriptoribus cordi fuerunt 1). Quapropter brevis tantum rei hinc descriptio sufficiat.

Anglia, bello cum Coloniis Americanis, cum Gallia et Hispania 2) pressa, nullos sibi socios comparare po-

1) DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 29—49 et VI, 303—384.  
DE GOERTZ, *Mémoire sur la neutralité armée maritime, pour la liberté des mers et la sûreté du commerce, suivi de pièces justificatives.* Bâle 1801. Paris 1805.

G. F. DE MARTENS, *Précis du droit des gens moderne de l'Europe*, II, p. 275—282.

KLÜBER, *Droit des gens moderne de l'Europe*, II, § 303—307.

DE FLASSAN, *Histoire de la diplomatie Franç.* VII, passim.

WHEATON, *Histoire des progrès du droit des gens*, I, p. 358—368.

WHEATON, *Éléments du droit international*, II, 109 et 112.

C. W. VON DOHM, *Denkwürdigkeiten meiner Zeit, oder Beiträge zur Geschichte vom letzten Viertel des achtzehnten und vom Anfang des neunzehnten Jahrhunderts, 1778—1806*, T. II, Cap. XII, p. 100—154.

H. M. VAN DE POLL, *Diss. de principiis foederis quod dicitur Neutralitas armata*. Lugd. 1821, p. 10—50.

D. M. VAN GELDER DE NEUFVILLE, *Spec. de mercatura et navigatione gentium in bello mediarum*. Amst. 1834, p. 20—27.

E. H. J. CONWAY, *Disp. de neutralitate maritima universe, ejusque quae armata dicitur historia*. Gand. 1827, p. 32—81.

2) CAROLUS III, Hispaniae rex, belli inter Anglos et Gallos partes suscipere initio recusaverat. Quum vero Angli Hispano (qui conciliatoris munere fungebatur) conditiones proposuerant Galliae in-

tuerat. Operam navabat, ut amicitiae et defensionis foedere Russos sibi jungeret, nec conatus, quos in aula CATHARINAE II adhibebat legatus Anglicus HARRISIUS (Sir JAMES HARRIS, postea Lord MAMESBURY dictus) irriti fore videbantur. Famosus enim POTEMKINUS, prae Administratore PANINO apud Imperatricem gratiosus Anglisque deditus<sup>1)</sup>, eo CATHARINAM perduxerat, ut propensa videretur ad foedus cum Anglia ineundum; quin in portu St. Phanopolis (Cronstadt) classem armaverat, quam, ni Hispani duas Russorum naves in Mari Mediterraneo captas restituerent, contra illos mitteret. Maximopere huic consilio favebant et HARRISIUS et POTEMKINUS, societatem cum Anglis inde praevidentes. — Alia vero moliebatur PANINUS, quem navium armatus latere non potuerat. Haud minus quam Imperatricem se depraedationes Hispanicas indignari simulans CATHARINAE suasit, ut una cum reliquis Europae principibus palam ediceret, quae placita circa iura gentium in bello mediarium a belligerantibus observari cuperet; quodsi ei contingeret ceteras gentes eo perducere, ut ad hanc sententiam accederent, multum inde landis ei fore, auctori quippe codicis juris gentium maritimi Europaei. Arrisit CATHARINAE spes illa gloriae futurae. Jussit PA-

---

Juriosas, CAROLUS d. 12 Apr. 1779 cum LUDEVICO se conjunxit et mense Junio Anglis bellum indixit. Vid. DE MARLIANI, *Hist. politique de l'Espagne moderne*, III, 7—9. — DE FLASSAN, *Hist. de la diplomatie Franç.* VII, p. 176—183.

1) Ab Anglis auro corruptus fuisse fertur. Vid. VON DOHM, *Denkwürdigkeiten*, II 108.

NINUM declarationis exemplum ad aulas Angliae, Galliae et Hispaniae belligerantium mittere, voluitque ut gentes mediae (Dania, Suecia, Belgium F.) acriter incitarentur ad eadem placita propugnanda.

Capita praecipua, quae circa mercaturam et navigationem gentium in bello mediarium se observaturam, quaeque etiam erga Russos tuenda se curaturam esse d. 28 Febr. a. 1780 CATHARINA edixit, ipsis verbis expressa, haec erant:

» 1°. Que les vaisseaux neutres puissent naviguer librement de port en port et sur les côtes des nations en guerre.  
» 2°. Que les effets appartenants aux sujets desdites puissances en guerre soient libres sur les vaisseaux neutres,  
» à l'exception des marchandises de contrebande.

» 3°. Que l'impératrice se tient, quant à la fixation de celles-ci, à ce qui est énoncé dans l'art. X et XI de son traité de commerce avec la Grande-Bretagne <sup>1)</sup>, en étendant ces obligations à toutes les puissances en guerre.

» 4°. Que pour déterminer ce qui caractérise un port bloqué, on n'accorde cette dénomination qu'à celui où il y a, par la disposition de la puissance qui l'attaque avec des vaisseaux arrêtés et suffisamment proches, un danger évident d'entrer.

» 5°. Que ces principes servent de règle dans les procédures et les jugements sur la légalité des prises <sup>2)</sup>."

---

<sup>1)</sup> Quod foedus Petropoli initum erat d. 20 Jun. a. 1766. VI. D'HAUTERIVE et DE CUSSY, Recueil, II<sup>e</sup> P. IV, p. 197 sqq. et G. F. DE MARTENS, Recueil, I, 390.

<sup>2)</sup> Vid. CH. DE MARTENS et FERD. DE CUSSY, Recueil manuel et

Paucis diebus post (d. 19 Maj.) Edictum promulgavit, quo has normas, praesertim quod ad merces vetitas attinebat, Russis praescripsit<sup>1)</sup>.

Haec placita, quamvis non adeo ex aequi studio sed (ut vidimus) ex artis politicae argumentis enunciata, unde PANINO venerint, variae afferuntur sententiae. Sunt, qui Russum a Danis impulsum fuisse putent, ut jura neutralitatis vindicaret; at vero quod consilium auctore BERNSTORFFIO a. 1778 a Danis Suecisque frustra Russorum Imperatrici propositum fuerat, arctiorem spectabat gentium ad Mare Balticum habitantium conjunctionem ad mercaturam tuendam, vindicandamque navigationis libertatem, minime vero eo valebat ut regulas accurate definitas, fundamenti instar codicis Europaei maritimi, praeciperet. Alii contendunt PANINO nullam aliam laudem esse tribuendam, nisi quod secundus fuerit exemplum FREDERICI II, jura subditorum suorum contra Anglorum depraedationes tuerint<sup>2)</sup>; sed aliud est jura neutralitatis de navigatione et mercatura generaliter contra unam gentem vindicare, aliud ea diligenter definire cunctisque gentibus observanda proponere: hoc PANINO, illud FREDERICO tribuendum<sup>3)</sup>. Haud majorem fidem Anglis habendam esse putamus, conjicientibus nimirum principia Neutralitatis

*Pratique de traités, conventions et autres actes diplomatiques*, I, 193 et  
a. P. DE MARTENS, *Recueil*, III, 158.

<sup>1)</sup> Vid. DE MARTENS, *Recueil*, III, 271.

<sup>2)</sup> Vid. supra p. 82 sqq.

<sup>3)</sup> Vid. VON BOHM, *Denkwürdigkeiten*, II, 125.

armatae ex Russorum adversus Angliam odio fluxisse,<sup>3</sup> Gallis (imprimis a legato Gallico DE VERGENNIS) excitato; quamquam enim a Russorum cum Anglis consociatione aversus erat PANINUS, nec tamen ille bellum cupiebat, nec mentem Anglorum sibi parare infestam; atque ipsam Imperatricem adeo vis Declarationis suae latuisse dicitur, ut cam ipsis Anglis prodesse putaret<sup>1)</sup>. Nec praecipuam Neutralitatis armatae caussam habemus Legem Navalem, in Gallia a. 1778 promulgatam<sup>2)</sup>, quippe quae ea statueret, quae plures gentes jam saeculo amplius ante saepissime impetraverant, sed quae Galli universe concedere constanter recusaverant. — Non igitur haec illave prae ceteris rei caussa fuisse dici potest; sed uti in historia gentium nihil subito et nisi ex prioribus factis explicandum procedit, ita ex omnibus hisce caussis conjunctis placita Neutralitatis armatae fluxerunt. Ab omni aevo in bellis maritimis cum gentibus mediis de mari libero deque tutta navigatione lites agitatae fuerant, quas omnino dirimere nec potuerant virorum doctorum scripta nec justitiae

---

1) Revera antequam ipsas tabulas HARRISIO tradidit, ei affirmavit, se mox declaratione cum gentibus belligerantibus communica canda omnibus Angliae votis satisfacturam esse.

2) Hac enim opinari videtur DE FLASSAN (*Hist. de la diplomatie Franç. VII, 275*): »La cour de Versailles adhéra d'autant plus volontiers aux principes de la neutralité armée, qu'ils avaient été provoqués indirectement par ceux consignés dans son règlement pour les neutres publié en 1778; et l'on pourrait même ajouter que sous ce rapport, elle ne fut pas étrangère à la neutralité armée du Nord.“

sensus. Liberam sibi navigationem comparare et vindicare omnes fere populi maritimi studuerant, praesertim ii qui potentioribus cedebant. Eo spectaverant conatus indefessi Belgarum, eo Borussorum, Danorum, Suecorum, quin etiam Russorum <sup>1)</sup> foedera et legationes, eo etiam nuperrime Lex Navalis Gallorum. Sed uti CATHARINA laudanda est, quod effecit quae ei suasit PANINUS, ita PANINO laus inventionis neganda non videtur, qui commoda et jura gentium tum belligerantium tum mediарum (tamdiu spreta ac violata) accurate definivit <sup>2)</sup>, atque omnibus Europae gentibus tanquam exemplum proposuit. Tergiversante enim Anglia ad jura illa firmando et vindicando magna populorum consociatio requirebatur.

Ad hanc declarationem Hispania, Gallia, Dania, et Suecia responderunt, gratissima sibi esse placita a Russis promulgata. Anglia vero et Imperatrici et regibus Daniae Sueciaque (qui cum belligerantibus consensum suum communicaverant) declaravit, se foedera inita accurate

---

<sup>1)</sup> Russos quoque antea liberam mediарum gentium navigationem tuto fuisse, pluribus exemplis ostendit CONWAY in *Disp. laud.* p. 43. — Idem testatur foederis specimen, a. 1715 a PETRO I Ordinibus Generalibus Belgii F. oblatum, de quo vid. supra p. 89.

<sup>2)</sup> Libertas navigationis gentibus amicis concedenda, circumscripтионem vetitarum et regula „libera navi libera merx“ multis antea jam foederibus inserta fuerunt. Nullum vero ante annum 1780 inventur foedus, quo definiatur quisnam portus obsessus sit habendus, quam rem populi belligerantes pro lubitu explicare solebant. Vid. CONWAY, l. 1. p. 42.

observaturam esse, ceteroquin vero erga gentes, nullis secum pactis conjunctas, valere regulas juris gentium communis. Quas autem quomodo Angli tunc temporis interpretarentur, satis gentium querelae de quibus supra vidimus docent<sup>1)</sup>.

Dania cum Russia primum foedus de Neutralitate armata iniit d. 9 Jul. a. 1780<sup>2)</sup>, cui d. <sup>21 Jul.</sup><sub>1 Aug.</sub> ejusdem anni accessit Suecia<sup>3)</sup>. — Hoc foedus statuit placita Neutralitatis ope classis, a populis contrahentibus armatae, vindicatum iri, clausumque fore mare Balticum navibus bellicis gentium belligerantium. Plures mox conventiones inter Russiam et reliquas civitates initae sunt<sup>4)</sup>,

1) Declarationes et responsa, quaeque plura hac de re inter aulas acta et tradita fuerunt, leguntur apud CH. DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil manuel et pratique*, I, p. 193—229. — G. F. DE MARTENS, *Recueil*, T. III; et DE GARDEN, *Hist. gén. XI. Notes et documents* p. 338 sqq.

2) DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* I, 214 et DE MARTENS, *Recueil*, III, 189.

3) DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* I, 220 et DE MARTENS, III, 198.

4) Convention entre la Russie et la Prusse sur le commerce neutre du 8 Mai 1781. Vid. DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et pratique*, I, p. 223, et DE MARTENS, *Recueil*, III, 245. — Accession de l'Autriche à l'association maritime d. 9 Oct. 1781 et Acte d'acceptation de la Russie de l'accession de l'Autriche d. 19 Oct. 1781. Vid. DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* I, p. 225 et de MARTENS, *Recueil*, III, 257 et 260. — Convention pour le maintien de la liberté de la navigation marchande neutre entre la Russie et le Portugal d. 13 Juillet 1782. Vid. DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* I, 227. — Convention pour le maintien de la liberté de la navigation marchande entre la Russie et les Deux-Siciles d. 10 Févr. 1783. Vid. DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* I, 228 et DE MARTENS, *Recueil*, III, 267.

quae ostendunt placita Neutralitatis plerisque Europae gentibus placuisse.

Belgium vero F. non statim ad Neutralitatem armatam accessit, quamquam ejus incolae per plura saecula eadem placita foverant quae CATHARINAE declaratio sanciebat; graves enim ob caussas de consensu dando eo tempore dubitandum erat. De foedere enim a. 1674 cum Anglia icto multae jam pridem lites ortae erant quod attinet ad definitionem mercium vetitarum, quibus Angli ligna ad naves parandas idonea (*naval stores*) annumeranda esse contendebant, quorum vero vecturam Belgae ex foederis verbis licitam putabant. Nec minus aegre Angli ferebant, mercatores Belgicos multas res vetitas, bellicum adeo apparatus, in Americam transvehere. Jam per aliquot annos hac de re cum Anglis frequentes agitatae fuerant controversiae<sup>1)</sup>. Quum autem Ordines, ne jus suum de lignorum vectura nimium urgentes totam Belgarum mercaturam pessum darent, edixissent naves quae ligno ad naves parandas idoneo onustae essent in posterum publica tutela carituras esse, Galliae legatus DE LA VAUGUION hac de re vehementer questus est. Galli nimirum indignabantur, Belgas

<sup>1)</sup> Vid. VON MARTENS, *Erzählungen merkwürdiger Fälle des neueren Europäischen Völkerrechts*, II, 59 sqq. — KLUIT, *Iets over den laatsten Engelschen oorlog met de Republiek* (Amst. 1794), p. 56. — J. C. DE JONGE, *Geschiedenis van het Nederl. zeewezen*, V, 402 sqq. — *Politiek vertoog over het waar systeema der stad van Amsterdam* (1781), p. 78 sqq.

hac in re Anglis cedere, quandoquidem Gallorum multum intererat efficere, ut Belgae medii manerent, quippe qui navibus suis ligna, quibus Galli indigebant, transvehere solerent. Post multas de publico navium conductu (onbe-paalde of beperkte convooyen) disceptationes inter O. O. et legatos, tum Anglicum (YORKE) tum Gallicum, hostilis Anglorum aggressio <sup>1)</sup> effecit, ut O. O. negaverint copias et auxilia, quae ex foederum stipulationibus Angli poscebant, decreverintque ut in posterum omnes naves (etiam quae ligno onustae essent) publica fruerentur tutela <sup>2)</sup>. Quam ob caussam Angli d. 17 Apr. a. 1780 omnia foedera cum Belgis inita resciderunt, novaque lege navalı de praedis lata statuerunt omnes naves Belgicas, hostilem mercem vehentes, detinendas esse <sup>3)</sup>. Confestim (d. 26 Apr.) Galli omnes leges prohibitorias sustulerunt quas antea ut Belgas ab Anglorum partibus detraherent edixerant <sup>4)</sup>; quod eo magis nostratisbus gratum esse debuit, quia d. 16 Jan. ejusdem anni in locum legis navalis a<sup>i</sup> 1778 superior illa lex renovata

<sup>1)</sup> De navium conductūs (convooy), cui Praefectus maritimus (schout bij nacht) Comes a BYLANDT pracerat, cum Anglis pugna vid. J. C. DE JONGE, *Gesch. v. h. Ned. Zeewezen*, V, p. 440 sqq.

<sup>2)</sup> Vid. KLUIT, *Iets over den laatsten Eng. Oorlog*, p. 114. — GROEN VAN PRINSTERER, *Handboek der geschiedenis van het Vaderland*, IV<sup>e</sup> Afl. p. 874 sqq.

<sup>3)</sup> Vid. DE FLASSAN, *Hist. de la diplom. Franç.* VII, 293. — KLUIT, *Iets over den laatsten Eng. oorlog*, p. 117. — KLUIT, *Index chronol.* n. 1187.

<sup>4)</sup> Vid. KLUIT, *Index chronol.* n. 1188.

fuerat, quae a. 1744 promulgata regulam »libera navi  
»libera merx" non sanxerat.

Dum haecce agebantur et Respublica Belgii (ut ait  
SLUITIUS<sup>1)</sup>) »ditissimae instar virginis ab duobus ambie-  
batur procis, omni ope in id annixis, ut Belgas in  
»partes traherent, vel certe neutrarum esse partium  
curarent," Ordines de CATHARINAE declaratione delibe-  
rabant. Haud dubium esse potest, quin placita Neutrali-  
tatis armatae Belgis vehementer placuerint, quippe qui  
eadem constanter omni opera propugnassent. At quum  
multi essent, qui Anglos non deserendos esse dicerent,  
nec accessionem ad Neutralitatem multum opis allatu-  
ram esse putarent<sup>2)</sup>, Ordines justo diutius responsum  
ad Declarationem Russicam distulerunt. In diem vero  
magis inter nostrates crescente numero eorum qui prae  
Anglis Gallos pro amicis habendos esse contendebant,  
Angli, aliquantum sibi detrimenti ex Belgii ad foedera  
Neutralitatis armatae accessione metuentes, d. 20. Dec.  
1780 Ordinibus bellum indixerunt. Tandem d. 24 Dec.  
O. O. ad placita a Russis proposita accesserunt; mox  
vero cognoverunt, haec foedera nil opis allatura esse,  
quoniam ob bellum ab Anglis iis indictum Foederati

<sup>1)</sup> Hist. fed. I, 266.

<sup>2)</sup> Vid. RENDORP, Memorien, dienende tot opheldering van het ge-  
beurde, gedurende den laatsten Engelschen oorlog (Amst. 1792), I,  
p. 43, 67, 80—87, II, 225, nec minus Comitis a WELDEREN,  
Memorie van secrete Informatien, obviam in RENDORP, Memorien,  
I, Bijlage La. C. — J. C. DE JONGE, Gesch. van het Ned. Zee-  
wezen, V, 483 sqq.

casum foederis adesse negabant, auxiliaque recusabant. Anglorum praedones multas Belgicas naves ceperunt; Belgis autem nihil profuit nobilis illa Neutralitas armata, quandoquidem ipsi bello impliciti gentium mediarum juribus destituti erant <sup>1)</sup>.

Regulam igitur: »libera navi libera merx» sanxerunt Neutralitatis armatae foedera, ab omnibus Europae gentibus maritimis, Anglis exceptis, inita. Magis magisque jus gentium Europeum ea placita, quae justitia et mercaturae commoda dictaverant, profiteri atque adhibere videbatur. Nec Anglia sola contra hanc populorum etiam potentissimorum consociationem plane contrariam sententiam fovere constanterque vindicare potuisset, nisi ingens rerum conversio, quae Galliam funditus turbavit, totam Europae mutasset faciem. Animadvertendum autem est, Anglos, reliquarum gentium conjunctionem veritos, mitiora in rebus praedatoriis judicia deditis, ac per hoc bellum regulam missam fecisse, quam inde a bello a<sup>1</sup> 1756 secuti erant, nempe gentibus mediis jus non esse agendi mercaturam, ipso pacis tempore prohibitam. Passi enim sunt mercaturam cum coloniis Gallicis in America <sup>2)</sup>. Ex stipulationibus porro foederum, quae mox inita sunt, immunitas mercis hostilis in navibus mediis repertae inter populos, qui Neutralitati arma-

<sup>1)</sup> Vid. KLUIT, *Iets over den laasten Eng. oorlog*, p. 134.

<sup>2)</sup> Vid. WHEATON, *Histoire des progrès*, I, 273, 368.

tae accesserant, in sempiternum jam usum sancita esse videbatur. Statuebatur enim illa foederibus, quae inierunt Foederatae Civitates Americanae et Ordines Belgii F. d. 8 Oct. 1782, art. XI<sup>1)</sup>), —  
Russia et Dania d. 8/19 Oct. 1782, art. XVI et XVII<sup>2)</sup>), —  
Foederatae Civitates Americanae et Suecia d. 3 Apr. 1783, art. VII<sup>3)</sup>), —  
Russia et Turcia d. 10/21 Jun. 1783, art. XL<sup>4)</sup>), —  
Anglia et Gallia d. 3 Sept. 1783<sup>5)</sup>; art<sup>o</sup> II enim, quo foedera pacis et mercatoria Rheno-Trajectina instaurantur, regula »libera navi libera merx» similiter ideo sanctitur, quod eam statuisset art. XVII foederis mercatorii Trajectini inter easdem civitates<sup>6)</sup>), —

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil manuel et pratique*, I, 240. — DE MARTENS, *Recueil*, III, 427.

<sup>2)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil manuel et pratique*, I, 251. — DE MARTENS, *Recueil*, III, 468.

<sup>3)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil manuel et pratique*, I, 265. — DE MARTENS, *Recueil*, III, 565.

<sup>4)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil manuel et pratique*, I, 278. — DE MARTENS, *Recueil*, III, 615. — Notandum est, art. XLIII Turcas immunitatem mercis Russicae, in navibus hostilibus repartae concessisse, non vero idem a Russis stipulatos esse. — Hoc foedus restauratum est d. <sup>28 Dec. 1783</sup> <sub>8 Jan. 1784</sub>. Vid. DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. I, 315. — DE MARTENS, *Recueil*, III, 707.

<sup>5)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 301. — DE MARTENS, *Recueil*, III, 519.

<sup>6)</sup> Mirum fortasse videri possit Anglos, qui placita Neutralitatis armatae agnoscere constanter recusassent, de iisdem certe summatim pace Parisiensi sanciendis cum Gallis convenisse. Animadvertisendum

Foederatae Civitates Americanae et Borussia d. 10 Sept.  
a. 1785, art. XII<sup>1)</sup>, —

Russia et Austria d. 1 Nov. a. 1785 (a Russiae parte)  
art. XII<sup>2)</sup>, et d. 12 Nov. a. 1785 (a parte Austriae)  
art. XIV<sup>3)</sup>, —

---

tamen est (quod a. 1786 Marchioni a LANSDOWNE, in Parlamento  
easdem stipulationes oppugnare conato, responsum est) e condi-  
tione Europae politica nullum bellum maritimum praesagiri posse,  
nisi cui et Angli et Galli immixti forent. Vid. WHEATON, *Hist. des  
progrès*, I, 369.

Quandoquidem art. II foederis, codem d. 3 Sept. a. 1783 (DE MAR-  
TENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 308) inter Angliam et  
Hispaniam icti, foedera mercatoria Trajectina restaurata sunt, immu-  
nitas mercis hostilis, quam foedera a. 1713 inter Anglos et Hispanos  
inita non sanxerant, constituta non fuit. — Idem de hac immunitate  
silentium obtinuit in foedere d. 20 Maj. a. 1784 inter Angliam  
et Belgium Foed. inito (DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et  
prat.* I, 322). — KLUIT, *Index Chron.* n. 1233. — RENDORP,  
*Memorien dienende tot opheldering*, II, *Bijlage B.B.*, quamquam in  
negotiationibus Belgae eam primam pacis conditionem constan-  
ter proposuerant, qua de re vid. RENDORP, *Memoriën*, I. II, p. 81,  
93, 97, 115, 142, 149. — KLUIT, *Iets over den laatsten Eng. oor-  
log*, p. 196.

1) Vid. D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, II, Tom. III, p. 286  
et DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 343. — DE MAR-  
TENS, *Recueil*, IV, 37. — Quod ad hujus foederis stipulationes de  
mercibus vetitis attinet vid. supra p. 49 in nota.

2) DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 344. — DE MAR-  
TENS, *Recueil*, IV, 72. — *Traité de commerce sous la forme de  
déclarations*, lesquelles ont été souscrites à St. Pétersbourg.

3) Vid. D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, II, Tom. I, p. 160. —  
DE MARTENS, *Recueil*, IV, 84. — *Traité de commerce sous la forme  
d'un manifeste de l'empereur JOSEPH II, en échange d'un manifeste  
semblable de la part de Sa Majesté Impériale de toutes les Russies.*

Anglia et Gallia d. 26 Sept. a. 1786, art. XX<sup>1</sup>), —  
Foederatae Civitates Americanae et Imperium Marocca-  
num d. 1 Jan. a. 1787 art. III<sup>2</sup>), —  
Gallia et Russia d. <sup>31 Dec. 1786</sup><sub>11 Jan. 1787</sub> art. XXVI et XXVII<sup>3</sup>), —  
Russia et Sicilia d. 6/17 Jan. 1787 art. XVII et  
XVIII<sup>4</sup>), —

Russia et Lusitania d. 20 Dec. 1787, art. XXII<sup>5</sup>), —  
Dania et urbs Genua d. 6 Jul. 1789, art. V<sup>6</sup>).

Ubi tot potentissimae civitates maritimae de uno pla-  
cito conveniebant, jure gentium Europaeo id nunquam  
in posterum reprobatum iri videbatur, praesertim quia  
illa foedera eo clarius gentium sententias et voluntatem  
eo tempore significasse habenda sunt, quandoquidem illo-  
rum stipulationes maximam partem a gentibus pacatis  
initiae, minime vero jussu victoris impositae sunt.

Neque tamen diu stetit nobilissima haec gentium con-

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 358. — DE MARTENS, *Recueil*, IV, 155.

<sup>2)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 380. — DE MARTENS, *Recueil*, IV, 247. — Eodem articulo gentes paciscentes immunitatem sibi invicem concedunt mercium suarum, in hostium navibus repartarum.

<sup>3)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 385. — DE MARTENS, *Recueil*, IV, 196.

<sup>4)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* I, 403. — DE MARTENS, *Recueil*, IV, 229.

<sup>5)</sup> DE MARTENS, *Recueil des traités*, IV, 315.

<sup>6)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* II, 8. — DE MARTENS, *Recueil*, IV, 438.

sociatio, quum status Europae politicus mox et regulam nostram et cetera liberae inter gentes mercaturae praesidia ex populorum consuetudine et stipulationibus aliquamdiu expulit. Quae enim in Gallia obtinuerat conflagratio effecit, ut principes, bello ac suae ipsorum saluti maxime intenti, non aequa mediarum gentium commoda cordi haberent. Rege LUDOVICO XVI et Regina subditorum jussu necatis, praesertim vero edictis ad turbas per totam Europam concitandas a Conventu Nationali promulgatis a. 1792 d. 19 Nov.<sup>1)</sup> et d. 15 Dec.<sup>2)</sup>, reliqui principes sese conjunixerunt contra pericula et furores, quae iis a Gallia imminebant. Ipse Conventus Galliae Nationalis d. 1 Feb. a. 1793 Angliae Regi et Foederati Belgii Gubernatori, ac d. 7 Mart. ejusdem anni Hispaniae bellum indixit<sup>3)</sup>. Anglia vero a. 1793 d. 25 Mart. cum Russia foedus init<sup>4)</sup>, cui mox Sardinia, regnum Neapolitanum, Borussia, Austria et Lusitania accesserunt. Jam gestum est bellum, in quo gentium mediarum jura neglecta et violata sunt ab ipsis illis populis, qui placita Neutralitatis armatae acerime propugnaverant. Russia enim in bello cum Gallia

<sup>1)</sup> Décret de la convention nationale, par lequel elle promet se-cours à tous les peuples qui voudront recouvrer la liberté. DE MARTENS, *Recueil*, V, 365.

<sup>2)</sup> Décret de la convention nationale, déterminant la conduite à tenir dans les pays ennemis. DE MARTENS, *Recueil*, V, 365.

<sup>3)</sup> Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* V, 196. — WHEATON, *Histoire des progrès*, II, 24.

<sup>4)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 433 et 439.

res politicas magis quam mercatorias curans cum Anglis se conjunxerat, qui placita illa semper improbaverant. Gallos autem, quippe qui eo tempore totum rerum politicarum ordinem everterint, non curasse placita, lege sua navalii a. 1778 et foederibus postea ictis constituta, nemo sane erit qui miretur.

§ 2.

*Gentium mediarum mercatura prohibita. Altera gentium de Neutralitate armata consociatio.*

*Conventio Russo-Anglica.*

(1793—1801).

Conventus Nationalis, qui d. 31 Jan. a. 1793 depraedationem navalem Gallis concesserat <sup>1)</sup>, qui d. 2 Febr. praemia proposuerat, iis praedonibus danda qui naves hostiles frumento onustas in portus reipublicae advexissent <sup>2)</sup>, et tandem d. 14 Feb. judicia praedatoria definiverat <sup>3)</sup>, hisce omnibus rem praedotoriam propter bellum, quod mox declaraturus erat, instruxerat. Quamquam autem d. 1. Mart. omnia foedera cum gentibus eo tempore Galliae

<sup>1)</sup> Décret de la convention nationale autorisant les armemens en course. DE MARTENS, Recueil, V, 376.

<sup>2)</sup> Vid. *Code des prises maritimes et des armemens en course, par le cit. G..... Homme de loi, Défenseur officieux au tribunal de cassation* (Paris, Ventose An VII) II, p. 122.

<sup>3)</sup> Décret de la convention nationale sur le jugement des prises et sur les lois en fait de prises. DE MARTENS, Recueil, V, 379.

hostilibus rupta declaraverat<sup>1)</sup> mercesque anglicas importari interdixerat, jura tamen popolorum mediorum, imprimis Danorum et Suecorum, initio belli non violatum iri videbantur<sup>2)</sup>. Haud vero ita mansit rerum conditio. Anglis enim prohibentibus quominus naves mediae, frumento onustae, Gallicos portus intrarent, d. 9 m. Maj. Conventus decrevit navibus Gallicis, tum bellicis tum praedatoriis, jus esse omnes naves medias sistendi, non tantum eas, quae merce hostili onustae essent sed etiam eas quae cibaria, amicorum quidem propria sed ad portus hostiles destinata, veherent<sup>3)</sup>. Ex illius decreti artº. 3 naves liberandae erant, sed cibaria, si gentis mediae proprietas essent, valore, naulo et aliqua indemnitate solutis, reipublicae addicenda, merces vero hostiles in praedonum commodum publicandae.

Violata haec regula »libera navi libera merx,» quam antea Galli et foederibus cum Dania initis<sup>4)</sup>, et uni-

1) Décret de la convention nationale de France, annulant les traités avec les puissances avec lesquelles elle est en guerre, et défendant l'importation de marchandises anglaises. DE MARTENS, *Recueil*, V, 192.

2) Proclamation du conseil exécutif en France sur la liberté du commerce des navires danois et suédois. 4 et 16 Avril 1793. — DE MARTENS, *Recueil*, V, 563.

3) Décret de la convention nationale, relativement aux navires neutres, chargés de comestibles ou de marchandises pour les puissances ennemis. — DE MARTENS, *Recueil*, V, 381. —

4) Foederi d. 23 Aug. a. 1742 inter Galliam et Daniam icta regula »lib. navi lib. merx» inserta est (vid. supra p. 76 in nota). Quod foedus d. 30 Sept. a. 1749 renovatum est, donec de novo

verse erga omnes gentes medias tum lege navalii a. 1778 promulgata tum accedendo ad Neutralitatem armatam agnoverant, non potuit non magna iis populis damna inferre, qui bello non immixti erant. Sed haec Gallorum juris gentium detrectatio praeterea effecit, ut Angli apertius inhumana illa placita enuntiarent, de quibus jam ante decretum Gallicum cum Russiae Imperatrice convenerant. Foederis enim d. 25 Mart. a. 1793 icti artº 3 non tantum omnes utriusque paciscentis subdití vetantur munitiones navales (*naval stores*), frumenta ceteraque cibaria ad portus Gallicos exportare, sed artº 4 Angli et Russi sese conjungunt ad prohibendum, quo minus gentes mediae ullo modo mercaturam aut proprietatem Gallicam tueantur, renovato ceteroquin (ex conventione mercatoria eodem die inter utramque civitatem inita) foedere d. 20 Jun. a. 1766 icto<sup>1)</sup>). Tali modo Angli certique foederati inopia et fame Gallos ad pacem cogere volebant, exempla secuti, quae ipsius Angliae historia

---

ineundo convenisset. Vid. D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil des traités de commerce*, I, 1, p. 327. — Exemplum judicii, quo m. Flor. a. III in Gallia ex hoc foedere regulae: »l. nav. l. merx" ratio habita fuit, affert JACOBSEN, *Handbuch über das Practische Seerecht der Engländer und Franzosen* (Hamb. 1803) I, p. 182, sqq.

<sup>1)</sup> Cujus aī 1766 foederis (D'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, II, IV, 197), quamquam eo de merce hostili in navibus amicis reperta nihil statutum est, art. 10 haec tamen habet: »en observant le plus qu'il sera possible, les principes et les règles du droit des gens généralement reconnus." Placitis autem juris gentium universalis ex Anglorum sententia regulam »lib. navi lib. merx" non praescribi, satis ostendunt negotiationes de debito Silesiaco, hanc diu ante gestae.

praebebat<sup>1)</sup>. Quibus foederis articulis ut satisficeret d.<sup>8</sup> Jun. ejusdem anni nova mandata in Anglia promulgata sunt, quibus (art. I) praedones jubentur omnes naves, frumenta ad Gallicos portus vehentes, sistere, atque (art. II et III) omnem mercaturam quarumcunque tandem gentium prohibere cum portibus non tantum ob sessis, sed etiam cum iis, quos in posterum Angliae rex pro ob sessis habendos esse declaratur erat<sup>2)</sup>. Haec declatio satis ostendit Anglos perseverasse in illis placitis adhibendis, ad quae observanda se paullo ante cum Russis con junxerant, nempe ad omnem mercaturam cum Gallia pessum dandam, quo facilius res publica recens nata frumenti cibariorumque inopia ad pacem ineundam cog eretur. Haec tamen in humana agendi ratio, juri gentium prorsus contraria, cui similibus edictis, supra memoratis, Galli responderant, gentibus mediis, quae quidem cum An-

<sup>1)</sup> ELISABETHA enim regina a. 1589, idem contra Hispanos stu dents, multas naves medias frumento onustas atque in Lusitaniam (eo tempore Hispaniac regi subjectam) tendentes capi juss erat. Vid. DE MARTENS, *Causes célèbres du droit des gens*, II, 334. Itidem GUILLEMUS III es fecit ut a. 1689 d. 22 Aug. (KLUIT, *Index chronol.* n. 770) Belgae cum Anglis foedus inirent de omni mercatura gentium mediарum cum Gallia prohibenda. Quam tamen conventionem, jura neutralitatis, a Belgis semper maximopere vindicata, violantem, WITSENIUS nonnisi invitus nomine Reipublicae subscripsit. Vid. *Uittreksels uit het byzonder Verbaal, nopens de deputatie en ambassade daarop gevuld in Engeland*, 1689, gehouden door Mr. NICOLAAS WITSEN, Burgemeester te Amsterdam; in JAC. SCHELTEMA, *Geschied- en Letterkundig Mengelwerk*, III, II, p. 154, 159, 161 sq. — J. C. DE JONGE, *Gesch. v. h. Ned. Zee wezen*, V, 314.

<sup>2)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 597.

glis de libera in bello cum hostibus mercatura foedera  
inierant, perquam ingrata esse debuit. Quum igitur d.  
17 Jul. a. 1793 Anglicus Hafniae legatus HAILES aulae  
Danicae libellum obtulisset, quo severitas edicti ex eo  
defendebatur, quod Galliae gubernatores neque a gentibus  
belligerantibus neque a mediis probati essent, neque  
igitur cum iis de ulla re legitime agi posset, respon-  
dit BERNSTORFIUS tradito libello memoriali, qui ipsorum  
Anglorum admirationem tulit <sup>1)</sup>, quo ex jure gentium,  
quippe cuius placita fatis populorum non mutentur,  
Anglica argumenta refutavit. Quum interea Reges Bo-  
russiae et Sueciae edicta anglica probassent, ipsaque  
Russiae Imperatrix, quae tredecim annis ante placita Neu-  
tralitatis armatae proclamaverat, m. Aug. viginti quinque  
naves in mare Balticum emisisset ad Gallorum mercatu-  
ram prohibendam, soli Dani, auctore summo viro BERN-  
STORFFO, jura neutralitatis contra magnam hanc gentium  
consociationem vindicaverunt <sup>2)</sup>. Angli vero naves frumento  
onustas capere perrexerunt, quin etiam edictis, d. 6 Nov.

<sup>1)</sup> The reply of count Bernstorff to our remonstrance was one  
of the boldest, wisest and most honourable replies I have ever  
read. It was a state-paper, that should be kept for the model of  
every cabinet in Europe." Ita d. 17 Feb. a. 1794 in Parlamento  
dixit marchio a LANSOWNE. Vid. CH. DE MARTENS, *Causes célèbres*  
*du droit des gens*, II, 345, in nota.

<sup>2)</sup> De omnibus his BERNSTORFFI cum reliquis aulis negotiationi-  
bus vid. DE MARTENS, *Recueil*, V, 557 sqq. — CH. DE MARTENS, *Cau-  
ses célèbres*, II, 333—358. — DE GARDEN, *Hist. générale d. traités*,  
VI, 309—326. — WHEATON, *Hist. d. progrès*, II, 34—38. — G. F.  
VON MARTENS, *Erzählungen merkwürdiger Fälle*, I, 315—329.

a. 1793 et d. 8 Jan. 1794<sup>1)</sup> promulgatis, renovaverunt regulam belli a<sup>i</sup> 1756, ex qua genti mediae mercaturam cum coloniis, pacis tempore vetitam, agere non licebat<sup>2)</sup>, quam regulam inde a temporibus Neutralitatis armatae missam fecerant<sup>3)</sup>. Tandem d. 27 Mart. 1794 inter Daniam et Sueciam Hafniae foedus ictum est<sup>4)</sup>, quo hae gentes se coniunxerunt ad licitam incolarum mercaturam tuendam, e cuius stipulationibus classes Danorum et Suecorum ad finem ante dictum juncta sunt: quae tamen conjunctio ad Anglorum Gallo-rumque depraedationes coercendas non valuit. Nequedamna, quae gentes mediae patiebantur, mediocriter augebantur ex lenta agendi ratione, collegiis archithalassicis eo tempore in Anglia consueta<sup>5)</sup>.

Haud ita diu postquam haec de libera gentium mediæcum hoste universa mercatura deque mercibus vetitis inter Angliam et civitates ad mare Balticum sitas acta sunt, peculiaris lis inter Galliam et Rempublicam Civitatum Foed. Americ. agitata est de onere hostili navibus mediis imposito. Anno enim 1793 Gallicus in America lega-

<sup>1)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 601.

<sup>2)</sup> Judicij exemplum, quo a. 1794 haec regula adhibita fuit, legitur apud G. F. VON MARTENS, *Erzählungen merkwürdiger Fälle*, I, 295, sq.

<sup>3)</sup> Vid. supra p. 110.

<sup>4)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 606. — D'HAUTERIVE et DE CUSSEY, *Recueil*, II, II, 137.

<sup>5)</sup> Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* VI, 333 sqq.

tus GENÈT de eo questus est, quod praedones Anglii  
merces Gallicas, Americanis navibus vectas, publicas-  
sent, poposcitque ut Respublica Americana injustas illas  
depraedationes prohiberet, quippe quae foedere a. 1778  
cum Gallia icto regulam »libera navi libera merx» san-  
xisset. — Ad has Gallici legati querelas nomine Reipu-  
blicaee Americanae JEFFERSONUS respondit, contendens ex  
jure gentium universali res hostiles ubicunque repertas  
in commissum cadere, amicarum vero gentium proprie-  
tatem semper esse immunem: porro, quamvis nonnulli  
populi foederibus contraria placita stipulati essent, vel  
sic tamen inter eos, qui haec foedera peculiaria inter  
se non iniissent, jus universale obtainere: revera quidem  
Respublicam Civit. Foed. Americ. de regula »libera  
navi libera merx» cum Gallia, Respublica Belgii Foede-  
rati et Borussia convenisse, non vero cum Anglis:  
nullam igitur caussam adesse, qua Americani de publi-  
catione mercium Gallicarum, in suis navibus reper-  
tarum, jure cum Anglis queri possent: huc accedere,  
quod ex his Anglorum depraedationibus nihil damni pati  
videbantur Galli, quippe qui, si ab una parte ab Anglis  
caperetur jam merx gallica, americanis navibus imposita,  
ab altera tamen parte e foedere a. 1778 cum Americanis  
inito ipsi Americanorum proprietatem in hostilibus na-  
vibus repertam jure publicare possent: unde facile effici-  
posset, quanta damna ex hac juris communis et foede-  
rum discrepantia Americani accipere deberent, quippe  
quibus regula liberalis nunquam prodesset nisi ad ami-

corum res tuendas, quum ejus concessionem in suum ipsorum commodum ab Anglis poscere nequirent<sup>1)</sup>. — Galli autem, ex hoc responso efficientes Americanos sibi hac in re nihil auxilii allatuos esse, suas merces in mediis navibus repertas ab Anglis publicari pati debuerunt, atque ipsi, ab omni fere mercatura prohibiti, quantum poterant ex praedis lucra quaesiverunt<sup>2)</sup>. De harum judiciis Conventus Nationalis d. 25 Oct. a. 1795 (3 Brumaire an IV)<sup>3)</sup> legem tulit, d. 27 Apr. a. 1796 (8 Floréal an IV) a novo Concilio adauctam<sup>4)</sup>.

Hoc igitur bello Angli jura gentium mediarum, quod ad liberam mercaturam attinet, parum curaverunt: praedonibus enim mandatum erat ut omnes naves medias

1) Vid. WHEATON, *Histoire des progrès*, II, 47 sqq.

2) Vid. THIERS, *Histoire de la révolution Française* (Brux. 1845) II, 64 et 118.

3) Vid. DE MARTENS, *Recueil*, V, 384. — Conventui Nationali ab uno adscriptorum, nomine GRÉGOIRE, a. 1795 d. 23 Apr. (4 Floréal an III) declaratio proposita fuit de juris gentium principiis, quae Gallis observanda essent, haud sane congrua cum variis decretis, a gentibus eo tempore bella gerentibus promulgatis: art. enim 4 ita se habebat: »Les peuples doivent en paix se faire le plus de bien, et en guerre le moins de mal possible.“ Hanc declarationem typis mandandam esse Conventus jussit. Sed die sequente ex MERLINI (MERLIN de Douai), Consilio salutis publicae (comité de salut public) adscripti, sententia decretum illud rescissum est. Vid. *Gazette nationale ou le Moniteur universel*, 7 et 8 Floréal, an III (In Réimpres-  
sion de l'ancien Moniteur, Tom. XXIV, p. 294 sqq et 304).

4) Vid. DE MARTENS, *Recueil*, V, 387. — DE GARDEN, *Hist. gén.* VI, 333.

frumenta ad hostem velentes detinerent. Angliae exemplum plures populi securi erant; ipsos Gallos et inopia cibariorum et studium hostium mercaturam prohibendi<sup>1)</sup> ad similes leges ferendas compulerat. Cui iustae agendi rationi Dani et Sueci adversati erant, suaque, quippe mediarum gentium, jura foedere inito vindicare studuerant. Belgae autem haud minora damna ex praedonum rapinis accipiebant. Postquam enim hi d. 16 Maj. a. 1795 cum Gallis foedus amicitiae et societatis pepigerant<sup>2)</sup>, benevolentia Gallorum peperit iis Anglorum inimicitiam, qui naves ceperunt et colonias corripuerunt<sup>3)</sup>. Etiamsi vero odia bellica saepissime efficere soleant ut placita, pacis tempore fortiter propugnata, negligantur, hoc tamen bello Conventus Nationalis Belgicus (Nationale Vergadering) vindicavit regulam »libera navi libera merx,« quae per tot annos nostratis cordi fuerat. Quum enim navis Hamburgica, Danorum nomine avenā onusta, ad portum Hollandicum appulisset, ibique partim exonerata esset, navis magister a Conventu veniam petiit onus jam expositum iterum navi imponendi, ac reliquum iter in Angliam, damni acce-

<sup>1)</sup> Vid. *Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état sur les causes secrètes qui ont déterminé la politique des cabinets dans la guerre de la révolution, depuis 1792 jusqu'en 1815* (Paris 1828), IV, 4.

<sup>2)</sup> Vid. H. A. VAN DIJK, *Répertoire historique et chronologique des traités conclus par la Hollande depuis 1789 jusqu'à nos jours* (Utrecht 1846), №. 21.

<sup>3)</sup> Vid. GROEN VAN PRINSTERER, *Handboek der Geschiedenis van het Vaderland*, 5<sup>e</sup> Afl., p. 1109 sq.

pti caussa intermissum, conficiendi. Consilium autem maritimum (comité van marine) suaserat ut avena publicaretur, ad terram quippe hostilem (Angliam) destinata, sed ut domino ejus solveretur pretium, quandoquidem Dani essent gens media. Huic sententiae in sessione d. 2 Apr. a. 1796 restitut SCHIMMELPENNINCKIUS, qui efficit ut quinque viri ex iis qui Conventui adscripti essent ad rem indagandam crearentur. Ipse d. 14 Apr. horum sententiam cum Conventu communicavit, eam vim habentem, ut avena libera esset propterea, quod navis media esset, quodque immunitatem oneris navibus mediis impositi Belgae semper constanter vindicassent; quodque eam regulam negligere non liceret, etiamsi hostes impudenter jus gentium violassent. Conventus Nationalis justam hanc sententiam secutus magistro navis veniam dari jussit conficiendi iter intermissum <sup>1)</sup>). — Ad Belgas igitur ab iis principiis,

---

<sup>1)</sup> Vid. *Dagverhaal der Handelingen van de Nationale Vergadering, representeerende het Volk van Nederland*, I, pag. 194, 391 et 275 sq. — Ipsa verba dignissima sunt quae hic afferantur: »Zy Geconomitteerden vermeenen, dat ook de tweede grond, niet sufficient is om het verzoek, door gemelden Schipper, ten dezen gedaan te declineren, aangezien het.... consteerd, dat het Schip de Jonge Metta, aan een Ingezeten van eene neutrale Mogendheid is toebehorende, en de vlag van eene neutrale Mogendheid is voerende; dat dienvolgende naar hun oordeel ten dezen van applicatie is het aloud axioma: *vry Schip, vry goed*, altoos door den Nederlanderen heilig geobserveerd, en ook wederkeerig altoos gecoclameerd, en daar op gegronde: dat de neutrale Vlag representeert het territoir van de neutrale Mogendheid zelve: en welk territoir als de inviolable bewaarplaats der goederen daar aan toebetrouw'd, niet behoort ge-

quae inde a saeculo XVII fortiter vindicaverant, aver-  
tendos nec animi hostilis impetus nec argumenta vindictae  
valuerunt.

Supra vidimus Americanos, quamquam primo foedere,  
quod tamquam civitatis liberae incolae iniissent, immunita-  
tem mercis hostilis in navibus mediis repertae statuissent,  
vel sic tamen contendisse placita contraria, quae olim  
Consulatus Maris sanxisset, jure gentium universalis probari  
atque igitur observanda esse inter gentes, quae nullis foe-  
deribus hac de re convenissent. Ceterum vero Americani  
quantum poterant nitebantur ut regulam libera navi libera

schonden te worden, zonder dat eenige consideratien van conve-  
nientie immermeer eenen Staat, op principes van recht en goede  
trouwe handelende, van dezen heiligen grondregel behoord te doen  
nglisseren; en zonder dat in specie hier tegen in consideratie kan  
skomen, om onder den naam of schyn van represailles tegen eenen  
van het recht der Volken afwykenden vyand, in deze minder scrup-  
pulcusselyk de voormalde principes te adhaereeren; aangezien in  
nde eerste plaats het schandelyk voorbeeld der ongerechtigheden  
van het Engelsch Gouvernement, geenzins op Ingezetenen van  
neutrale Mogendheden (gelyk ten dezen het geval zou zyn) behoord  
te redundeeren; en vooral ook omdat in de tweede plaats zy Ge-  
committeerden van opinie zyn, dat deze Vergadering aan de ge-  
heele waereld, en inzonderheid aan alle Mogendheden waar mede  
dezelve in goede verstandhouding is, behoord te tonen, dat het  
wel hare meening is, om deze beleidige Republiek, van de mis-  
handelingen van eenen trouwlozen en verbondbrekenden vyand,  
door haren gewapenden arm te wreken, maar geenzins om deszelfs  
schaamteloze voorbeelden van onophoudelyke schending der heiligste  
rechten der Volken, zelfs niet by forme of onder den schyn van  
retorsie of represailles na te volgen."

merx" foederibus confirmarent. Ipsi in bellis, de quibus agimus, neutras partes secuti, mercaturam late patentem et cum Anglis et cum Gallis agebant. Mox autem eadem iterata est controversia inter Gallos et Americanos, quae a. 1793 agitata fuerat. Hi enim d. 19 Nov. a. 1794 cum Anglis foedus amicitiae, mercaturaे navigationisque inierunt, quo statutum est ut onus hostile mediae navi impositum caderet in commissum, navis ipsa vero immunis esset<sup>1)</sup>. Quod quum foedus duobus annis post Gallis innotuisset, Directorium (*Directoire exécutif*) a. 1796 d. 2 Jul. (14 Messidor an IV) decrevit » que le pavillon de la République » Française en usera envers les bâtimens neutres soit pour » la confiscation, soit pour la visite ou préhension, de la » même manière qu'elles souffrent que les Anglais en » usent à leur égard<sup>2)</sup>, et d. 16 Jul. ejusdem anni (28 Messidor an IV) Administrum rerum maritimarum efficere jussit ut Galli naves Americanas perscrutarentur, quoniam foedus Anglo-Americanum exigeret ut pari referretur a Gallis<sup>3)</sup>. Legatus Gallicus ADETUS haec decreta cum Administratoribus Reipubl. Americanae communicavit, atque contendit foedus, a. 1778 inter Gallos et Americanos initum atque a Gallis semper rite observatum, multa iis damna attulisse, quandoquidem Americani pu-

---

<sup>1)</sup> Art. XVII. — Vid. DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* II, p. 75. — DE MARTENS, *Recueil*, V, 640.

<sup>2)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 388.

<sup>3)</sup> *Code des Prises maritimes et des armemens en course par le cit. G.*..., II, 260.

blicationem mercis Gallicae, in Americanorum navibus repertae, passi essent. Cui Reipublicae Civit. Foed. nomine respondit PICKERINGIUS, distinguendum esse inter gentes foederatas et medias; atque iisdem fere argumentis, ac paullo ante JEFFERSONUS<sup>1)</sup>, contendit Anglos jure suo usos esse in onere hostili navibus Americanis imposito publicando. Animus inimicus, quem ob caussas praeditas Galli contra Americanos gerebant, non est placatus ante annum 1800, inito foedere, quo tamen regula "libera navi libera merx" silentio praeterita est<sup>2)</sup>.

Quum igitur libera mediarum gentium navigatio in dies magis a plerisque populis Europaeis, imprimis ab Anglis, prohiberetur, ipsique Americani, quamquam neutram in bello partem sequentes, Anglorum placitis accedere viderentur inito foedere, quo multa privilegia Anglis concessa sunt<sup>3)</sup>, quumque Gallorum odium erga Anglos cresceret, Directorium ut Anglorum mercatura prorsus everteretur severis legibus edicendis praedonum

<sup>1)</sup> Vid. supra pag. 121.

<sup>2)</sup> Foedus, a. 1800 d. 30 Sept. (8 Vendémiaire an IX) initum, legitur apud DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* II, 206 et DE MARTENS, *Recueil*, VII, 96. Articulus II, decisionem de foedere anni 1778 renovando in posterum remittens, ab Americanis non est sancitum; de cuius rei caassis, ut de tota hac inter Gallo et Rempubl. Civ. Foed. controversia vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* VI, p. 103—132 et 334. — WHEATON, *Hist. des progrès*, II, 49 sq. — Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état, VI, 1—34. — L'HAUTERIVE et DE CUSSY, *Recueil*, I, 1, p. 503 sq.

<sup>3)</sup> Vid. THIERS, *Hist. de la révol. Franç.* II, 356.

capturas provexit, atque barbariei tempora in memoriam revocavit. Postquam enim a. 1796 d. 31 Oct. (10 Brumaire an V) merces, quae in Anglia Anglicisque coloniis vel fabricatae essent vel crevissent, intra Galliae fines et mari et terra importari vetuit, d. 2 Mart. a. 1797 (12 Ventose an V) edictum promulgavit de navibus merce hostili onustis deque judiciis praedatoriis<sup>1)</sup>, quo commissa declarantur quaecunque hostilia in navibus Americanis reperiantur. Quae quidem edicta ex hostium agendi ratione fluxerant. Jam vero a. 1798 d. 18 Jan. (29 Nivose an VI) Consilium Quingentorum severum atque injustum placitum decrevit, quo ab oneris domino sive immunitas sive publicatio navis et totius oneris penderet, ita ut quaecunque naves merce Anglica onustae essent in commissum caderent, quin etiam ut omnes naves, quae ad portus Anglicos appulissent, a portibus Gallicis abstinerent<sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 393. — VID. DE GARDEN, *Hist. gén.* VI, 119. — WHEATON (*Hist. des progrès*, II, 51) perperam hoc decretum promulgatum esse ait d. 2 Mart. a. 1796 (12 nivose an V).

<sup>2)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, V, 398.

»Le conseil des cinq cents, après avoir entendu le rapport d'une commission spéciale sur le message du Directoire exécutif, du 15 Nivôse, relatif aux marchandises Anglaises; considérant que l'intérêt de la République exige les mesures les plus promptes contre tous les navires qui en seroient chargés:

»Déclare qu'il y a urgence.

»Le conseil, après avoir déclaré l'urgence, prend la résolution suivante :

I) »L'état d'un navire, en ce qui concerne la qualité de neutre ou d'ennemi, est déterminé par sa cargaison.

Galli igitur severa priorum temporum placita instauraverunt, atque eo audaciae et iniquitatis processerunt, ut omnes omnino gentes medias ab omni cum Anglis mercatura prohiberent. Ita Directorium revera auctor exstitit systematis illius, quod postea *continentale* dictum a NAPOLEONTE Imperatore in perniciem mercaturae non tantum Angliae, sed etiam ipsorum Gallorum omniumque gentium Europearum tam late extensum est<sup>1)</sup>.

<sup>3)</sup> En conséquence tout bâtiment chargé en tout ou en partie de marchandises anglaises, est déclaré de bonne prise, quelque soit le propriétaire des dites marchandises.

II) <sup>4)</sup>Tout bâtiment étranger qui, dans sa traversée, aura relâché en Angleterre, ne pourra entrer en France si non dans le cas d'une relâche forcée: il en sortira dès que les causes de sa relâche auront cessé." —

WHEATON (*Hist. d. progrès*, II, 51) perperam a. 1797 hoc decretrum datum esse ait.

1) Eo acerbatis excraverat odium, quod Galli in Anglos habebant, ut Directorium (10 Brumaire, an V) omnes merces Anglicas in portubus et tabernis Gallicis atque ubivis repertas committendas et publice vendendas esse jusserit: cui mandato uno eodemque die per totam Galliam obtemperatum est. Directorium adeo severitatem ipsius decreti, quod d. 29 Niv. a. VI promulgaverat, ex Anglicis decretis defendere conatum est. — Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* VI, 123 et 336. — *Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état*, V, 136—142. — Invasionem in Angliam, quae a. 1798 omnium animos occupabat, jam antea Gallis suaserat BARERUS: dites-lui (à l'Anglais) que cent mille de ces Français qui les sont chassés de Dunkerque et de Toulon, des places du Nord et du Quiberon, de la Corse et de Livourne, et de tous les ports de l'Europe, peuvent aller bientôt, sous le commandement du libérateur de l'Italie et du pacificateur du continent, stipuler à Londres la liberté du monde et des mers." Ita BERTR. BARÈRE,

Haec autem severitas, quam in rebus praedatoriis gentes eo tempore belligerantes adhibebant, necessario maximum odium excitare debuit eorum populorum, qui a neutra hostium parte stantes mercatura et navigationi operam dabant; neque igitur miramur, in dies magis ab illis etiam gentibus, quae Neutralitatis armatae placita magno applausu comprobaverant, hisce temporum angustiis de regula »libera navi libera merx» remitti. Americana Respublica, quae, ut probant negotiationes cum Gallis supra memoratae, gentium mediarum mercaturam foederum stipulationibus promovere studuerat, et tamen ex jure gentium universalis res hostiles in navibus mediis repertas in commissum cadere putabat, ob edicta a Gallis promulgata declaravit d. 7 Jul. a. 1798 foedera quae cum Respublica Gallica iniisset rescissa, seque ab eorum stipulationibus liberatam esse. Qua lege inter Gallos et Americanos abrogata fuit immunitas oneris navium mediarum, foedere anni 1778 constituta. Eandem, quippe quam ceterae gentes hoc bello negligerent, Americani restaurare recusaverunt, a. 1798 negotiantes de foedere a. 1785 cum Borussia initio renovando<sup>1)</sup>). Constanter igitur Reipublicae Civ.

---

*De la pensée du gouvernement républicain.* (En France, Floréal an V) p. 35.

<sup>1)</sup> Vid. de his negotiationibus WHEATON, *Hist. d. progrès*, II, p. 55—75. — WHEATON, *Éléments*, II, p. 117—133. — Foederis enim, quoda. 1799 d. 11 Jul. Berolini inter Borussiam et Remp. Amer. iectum est (D'HAUTERIVE ET DE CUSSY, *Recueil*, II, III, 302), art. 12 ita statuit:

Foed. moderatores per totum hoc bellum declaraverunt,  
se quantum possent operam datus esse, ut regula » li-  
bera navi libera merx" foederibus universe confirmare-  
tur, quo mercandi et navigandi libertas gentibus in bello  
mediis concessa quam maxime extenderetur; sed merito  
contendebant regulam eam, quamdiu reliquae gentes con-  
trarium agendi rationem sequerentur, Americanis semper  
obesse, iisque nihil proficere nisi ad amicorum, nun-  
quam vero ad suas merces tuendas <sup>1)</sup>). Facile igitur  
intelligimus, Americanos ejus placiti sanctionem ad fu-  
tura pacis et quietis tempora remisisse.

Tristis itaque Europae conditio in dies magis amicam  
gentium consuetudinem turbabat. Populi enim belligeran-  
tes, omni modo sibi invicem nocentes, jura neutralitatis ne-

<sup>1)</sup> L'expérience ayant prouvé que le principe adopté dans l'article 12 du Traité de 1783, savoir, que le pavillon couvre la cargaison, n'a pas été respecté suffisamment dans les deux dernières guerres, et surtout dans la guerre actuelle, les deux Parties contractantes se proposent, au retour de la paix générale, de concrétiser, soit entre elles en particulier, soit d'accord avec d'autres Puissances qui y soient également intéressées, de tels arrangements avec les grandes Puissances maritimes de l'Europe, et des principes durables qui puissent servir à consolider la liberté et la sûreté de la navigation et du commerce des neutres dans les guerres à venir. Si, dans l'intervalle, une des Parties contractantes devait se trouver impliquée dans une guerre dans laquelle l'autre resterait neutre, les vaisseaux de guerre et corvettes de la Puissance belligérante se conduiront envers les bâtiments marchands de la Puissance neutre aussi favorablement que le cours de la guerre le permettra, en observant les principes généralement reconnus et les maximes du droit des gens."

<sup>1)</sup> Vid. WHEATON, *Hist. d. progrès*, II, 49, 56, 64, 69.

gligentes, praedonum rapinas quantum poterant p<sup>ro</sup>movebant. Auctus mercium vetitarum numerus, abrogata regula „libera navi libera merx,” libido praedonum legibus de jurisdictione latis incitata, foedera mercatoria inter plerasque gentes maritimas rescissa, haec omnia effecerunt, ut navigatio piraticam magis quam mercaturam redoleret. Ita odia bellica saeculo XVIII exeunte totam fere mercaturam Europaeam perdiderunt.

At, ut per haec bella nulla fere juris gentium ratio haberi videbatur, ita ultimus saeculi annus gentibus mediis feliora tempora auguratus est. Anno enim 1800 in Gallia institutum est Consilium rebus praedatoriis judicandis (*Conseil des prises*), cui ex decreto consulari, d. 20 Dec. a. 1799 (29 Frimaire an VIII) promulgato<sup>1)</sup>, legis navalis a. 1778, supra memoratae, norma in iudiciis observanda praescripta est. Huic Consilio praefectus fuit clarissimus jurisconsultus PORTALIS, cuius judicia aequitati accommodata gentium mediarum jura vindicarunt<sup>2)</sup>. Ita Galli sub Consulatu ad sana de jure neutra-

1) Vid. DE MARTENS, *Recueil*, VI, 743.

2) Pulcherrimae orationis inauguralis, a praeside PORTALIS habitae, specimen affert WHEATON, *Hist. des progrès*, II, 52 sqq. — Nonnulla Consilii judicia exposuerunt VON MARTENS, *Erzählungen markwürdiger Fälle*, II, 209, 221, 229 et F. J. JACOBSEN, *Handbuch über das Practische Seerecht der Engländer und Franzosen* I et II passim; item BERRYER, *Souvenirs* (1839), T. II. — De lege autem huic consilio mandata cf. JACOBSEN, l. l. I, p. 23 sqq.

litatis principia redire videbantur, quae Conventus et praesertim Directorum ob temporum bellique vicissitudines neglexerant. Non ita Angli, qui hoc tempore depraedationem maritimam omnibus modis promovebant, leges de praedonibus ferentes, et multos Belgii F. portus non classibus obsidentes sed decretis pro obsessis habendos esse declarantes. Accessit, quod jus naves amicas perscrutandi eo extenderunt, ut liceret eas quoque detinere et explorare, quae navis bellicae mediae tutela fruerentur<sup>1)</sup>). Quae autem his de rebus inter aulas Angliae et Daniae, quod ad naves bellicas Danorum *Havfruen* et *Freya* attinet, lites agitatae sunt, effecerunt ut PAULUS I, Russiae Imperator, d. 16/28 Aug. a. 1800 cum regibus Daniae, Sueciae Borussiaeque declarationem communicaverit de renovandis placitis Neutralitatis armatae, inter quae regula: »libera navi libera merx» insignem locum occupabat, iisque contra vim et injustas An-

1) Quam sibi invicem oppositam agendi rationem Galli et Angli per haec bella in judiciis de praedis secuti sunt, exposuit JACOBSEN, *Handbuch üb. d. Pract. Seerecht*, II, Einleit. XLIV sqq. — Vid. DE GARDEN, *Hist. génér.* VI, 346. — In judicio, quod d. 11 Jun. a. 1799 Collegium Admiralitatis in Anglia, praeside Sir WILLIAM SCOTT, de navibus dedit, quas navis bellica *Ulla Fersen* comitarat, legitur (verbis allatis a MARTENSIO, *Erzählungen merkwürdiger Fälle*, I, 301): »die Natur des gegenwärtigen Krieges gibt England die Rechte des Kriegs gegen neutrale Staaten in einem grösseren Umfange, als sie regelmässiger und gesetzmässiger Weise in irgend einer Periode der neuern und civilisirten Zeiten ausgeübt worden sind.“

glorum depraedationes vindicandis <sup>1)</sup>). Reges vero illi, metuentes ne talis consociatio ad jura gentium medi- rum tuenda nimis Anglorum iram moveret, non statim Imperatori responderunt <sup>2)</sup>. Sed tandem d. 16 Dec. legati Sueciae et Daniae, et d. 18 Dec. legatus Borus- siae Petropoli subscripserunt ea quae cum Imperatore convenerant <sup>3)</sup>. Ita regula »libera navi libera merx," quae per aliquos annos neglecta fuerat, a. 1800 inter reliqua mercaturae gentium in bellis mediarum praesidia a Russis, Suecis, Danis Borussisque instaurata est <sup>4)</sup>.

At neque haec altera de Neutralitate armata con- sociatio, a paucis tantum gentibus inita, diu stetit. Anglia enim, quae prioribus Neutralitatis armatae foederibus fortiter resistere non potuerat, jam haec pacta magno odio persecuta est, atque sociatas gentes bello affecit, cuius primaria caussa fuit lis de juribus neutralitatis orta. Belli autem fatis et publicis disceptationibus, quae eo fla- grante inter gentes actae sunt, omissis <sup>5)</sup>, peculiariter

<sup>1)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, VII, 150.

<sup>2)</sup> Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* VI, 360 sq.

<sup>3)</sup> DE MARTENS, *Recueil*, VII, 172, 181 et 188. — DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* II, 215—220.

<sup>4)</sup> Omnium enim eorum foederum articuli III, 2<sup>o</sup> ita se habent: «les effets appartenants aux sujets desdites puissances en guerre se- ront libres sur les vaisseaux neutres, à l'exception des mar- chandises de contrebande.”

<sup>5)</sup> De renovata Neutralitate et de hujus belli historia vid. WHEA- TON, *Hist. des progrès*, II, 76—86. — DE GARDEN, *Hist. génér.* VI, 337—376, atque imprimis cn. DE MARTENS, *Nouvelles cau-*

animadvertisenda sunt foedera, quae huic bello finem impo-  
suerunt, quippe quae jura neutralitatis circa liberam na-  
vigationem de novo circumscripterint et definiverint.

PAULI Imperatoris caedes et ALEXANDRI, qui in locum  
patris successit, pacis studium, cui maxime favebant etiam  
qui in Anglia PITTIUM exceperant Administri, effecerunt  
ut d. 5/17 Jun. a. 1801 comes PANINUS cum legato ex-  
traordinario Angliae foedus maritimum pactus sit, cui  
postea quoque Dania et Suecia accesserunt<sup>1)</sup>. Hoc foe-  
dus plures quidem regulas de mercatura et navigatione  
gentium in bello mediarum statuit, non tamen mercis  
hostilis in navibus mediis repertae immunitatem conces-  
sit<sup>2)</sup>. Mirum sane videri possit, Russorum Impera-  
torem regulam »libera navi libera merx» hoc convento  
sanciendam non curasse, quam paucis mensibus ante pater  
ejus ceteris gentibus observandam proposuerat; quod vero

ses célèbres du droit des gens (Leipz. et Paris, 1843), II, p. 180—  
267, ubi plurima documenta publica leguntur.

1) Vid. DE MARTENS et DE CUSSY, Recueil man. et prat. II, p.  
247. — Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état, VIII, 115  
sqq. — KOCH, Hist. abr. d. traités de paix par SCHOELL, XIV, 110 sq.

2) Art. III, 2<sup>e</sup> enim ita se habet: »Que les effets embarqués sur  
les vaisseaux neutres seront libres, à l'exception de la contrebande  
de guerre et des propriétés ennemis; et il est convenu de ne pas  
comprendre au nombre des dernières les marchandises du produit  
du cru ou de la manufacture des pays en guerre, qui auraient été  
acquises par des sujets de la puissance neutre, et seraient trans-  
portées pour leur compte; lesquelles marchandises ne peuvent être  
exceptées en aucun cas de la franchise accordée au pavillon de la-  
dite puissance.«

ut explicetur, peculiaris foederis indoles animadvertatur necesse est. Belli enim caussa fuerat odium, quod Angli ob renovata Neutralitatis armatae placita adversus gentes, ad mare Balticum habitantes, suscepérant. Quum autem foedere Petropolitano lites de gentium mediariū navigatione sedarentur, et in posterum de ejus libertate certae regulae definirentur, uterque populus belligerans necessario de prioribus sententiis relaxare et remittere debuit. Hanc ob caussam Angli concesserunt, gentibus mediis ad portus orasque belligerantium navigare licere, atque de portū obsessi definitione et de mercium vetitarum catalogo arctioribus limitibus circumscribendo convenire debuerunt. Russi autem his Anglorum concessiōnibus suas quoque opponere cogebantur, ideoque regulam »libera navi libera merx» omitti atque jus naves medias sistendi, quamvis a navi bellica media conductae essent<sup>1)</sup>, sanciri passi sunt. — Ex hac mutua sententiarum remissione facile intelligas foederis stipulationes neutrīus partis subditis placuisse, easque Danis praeſertim et Suecis odiosas fuisse. Sed vel sic tamen Dania, post irritum BERNSTORFII Londinum missi iter nihil remediī videns, ut majora damna evitaret, d. 23 Oct. foederi Anglo-Russico accessit<sup>2)</sup>, cuius exemplum Sueciae Rex d. 30 Mart. a. 1802 securus est<sup>3)</sup>. — Ita

---

<sup>1)</sup> Hoc tamen jus aretissimis limitibus circumscriptum et nullis navibus nisi bellicis tributum est.

<sup>2)</sup> Vid. DE MARTENS, *Recueil*, VII, 273.

<sup>3)</sup> Vid. DE MARTENS, *Recueil*, VII, 276.

immunitas mercis hostilis in navibus mediis repertae hoc nostro saeculo ineunte non sancita est foedere, quod de jure neutralitatis inter potentissimos populos maritimos certas regulas statuit. Attamen in hujus foederis stipulationibus revera juris gentium Europaei progressus animadvertere licet, nec foederum de Neutralitate aa. 1780 et 1800 initorum vim praetervidere. Quae enim semper antea Angli belligerantibus jura competere ja-ctaverant, ea hoc de quo agimus pacto adeo limitata (quoniam etiam partim remissa) sunt, ut, salvis quibusdam modo derogationibus, magis Neutralitatis armatae quam priorum Angliae foederum verba et placita huic convenio inserta esse videantur; quapropter Nob. GRENVILLE, in Parlamento de ejus tenore questus, merito animadvertisit ex arte hermeneutica foedera illa, quibus Anglia constanter restitisset, atque in quorum odium nuperrime bellum suscepisset, ad hujus inter Angliam et Russiam facti conventi interpretationem ansam praebere. Et quamvis septentrionales Europae gentes ex transactione quadam (ut ita dicam) coactae fuerint nonnulla neutralitatis jura, quae paullo ante se in posterum constanter vindicaturas esse denuntiaverant, missa facere, gravissima tamen placita ex iis, quae propugnaverant, tandem invitis Anglis jure gentium Europaeo confirmare et sancire iis contigit<sup>1)</sup>. — Altera

<sup>1)</sup> Vid. WHEATON, *Hist. des progrès*, II, 86 sqq. — DE GARDEN, *Hist. génér.* VI, 377 sqq. — CH. DE MARTENS, *Nouvelles causes célèbres*, II, 267 sqq. — JACOBSEN, *Handbuch über das Practische Seerecht der Engländer und Franzosen*, I, Einl. IV sqq.

igitur Neutralitatis armatae consociatio, qua longe minor quam priore gentium numerus conjunctus erat, foedere Petropolitano a. 1801 dissoluta, non omni vi et effectu in jure gentium Europaco caruit, neque tamen eo valuit, ut Anglos ad regulam »libera navi libera merx» confirmandam perduceret.

---

§ 3.

*Quid per tempora systematis continentalis de regula actum sit.*

(1801—1815).

Anglia igitur cum septentrionalibus Europae civitatibus de neutralitatis juribus convenerat regulasque definiverat, quae in posterum in judiciis praedatoriis observanda essent. Mox vero (d. 27 Mart. a. 1802) cum Gallia pacem Ambianensem iniit, qua priora, quae inter Gallos et Anglos inita erant foedera, renovata non sunt. Stipulationes igitur, quas de mercatura gentium in bello mediarii pax Rheno-Trajectina inter utramque civitatem sanxerat, ab eo inde tempore remissae sunt, ipsaque Anglia erga Gallos ad pristina Consulatus Maris placita rediit, quibus merx hostilis navibus mediis imposta praedatori cederet. Nec facile quis miretur, Anglos stipulationes de juribus gentium mediarii, exceptionis instar pace Trajectina Gallos concessas, libenter missas fecisse; bellum enim cum Russis, nuperrime pacatum, praesertim propter eorundem placi-

torum odium suscepserant. Sed Galli, non renovantes placa-  
cita de quibus aa. 1713, 1783, 1786 cum Anglis  
convenerant, satis aperte ostenderunt, se reliqua com-  
moda, quae in Anglorum detrimentum pax Ambianensis  
ipsis concederet, eo tempore neutralitatis praesidio pre-  
tulisse. Quantopere enim pax illa Gallis prodesse debu-  
erit, et ex acerrimis reprehensionibus effici potest, quibus  
ob ejus sanctionem Angliae administri petiti sunt, et e  
favore, quem in Gallia pax illa NAPOLEONTI peperit <sup>1)</sup>.

Parum tamen pax, quae Ambiani icta est, NAPOLEONTIS  
dominandi studio satisfecit, quippe qui ipsam Angliam  
sibi armis subjicere cuperet. Quum enim Angli flu-  
mina Albin et Visurgin ad Borussos cohibendos <sup>2)</sup>, atque  
eos portus, ex quibus armatam Gallorum in Angliam  
trajectionem metuebant <sup>3)</sup>, obsessos declaravissent, ipsi-  
que NAPOLEONTI prorsus persuasum esset, se armis re-  
gnum Britannicum sibi subjicere non posse, maximopere  
hic nisus est, ut Anglorum mercaturam omnino dirueret.  
Quod ut efficieret, seriem decretorum per imperii sui tem-  
pora promulgavit, quorum severitas non tantum Angliae,  
sed totius fere terrarum orbis mercaturam prohibuit, quan-  
doquidem ei efficere contigerat, ut omnes Europae gentes

<sup>1)</sup> In praeviis quoque conditionibus ne verbo quidem pax Rheno-  
Traiectina memoratur. Vid. *Mémoires tirés des papiers d'un homme*  
*d'état*, VIII, 167 sqq. — DE GARDEN, *Hist. gén.* VII, 44 sqq. —  
WHEATON, *Hist. des progrès*, II, 105.

<sup>2)</sup> Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* VIII, 197 sqq.; IX, 82.

<sup>3)</sup> Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* VIII, 206 sqq.

huic suo prohibitorio systemati, continentali dicto, accederent. Non lubet fuse hinc exponere historiam decratorum Berolinensis <sup>1)</sup> et Mediolanensis <sup>2)</sup>, nec matriculae in palatio Trianon de mercibus, quae a coloniis oriundae invehementur, gravibus vectigalibus premendis datae <sup>3)</sup>, nec edicti, quod in oppido Fontainebleau promulgatum est de mercibus anglicis ubicunque repertis igne delendis <sup>4)</sup>, nec legum quae a Consilio Britannico his prohibitionibus oppositae sunt, nec quae de mercium vectura hoc tempore inter Galliam, Angliam <sup>5)</sup>, Rempublicam Civ. Foed. Americ. agitata sunt. Horum omnium enim enarratio magis ad universam mercaturaem prohibitionem, quam ad mercis

<sup>1)</sup> Decretum Berolini d. 21 Nov. a. 1806 promulgatum legitur apud DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 439 et DE GARDEN, *Hist. gén.* X, 305.

<sup>2)</sup> Quod, d. 17 Dec. a. 1807 promulgatum, legitur apud DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 452.

<sup>3)</sup> Matriculam d. d. 5 Aug. a. 1810 affert DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 513.

<sup>4)</sup> Decretum hoc d. d. 19 Oct. a. 1810 legitur apud DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 522. — «C'était la logique de la colère.” ITA MICH. CHEVALIER, *Examen du système commercial connu sous le nom de système protecteur* (Paris 1852), p. 139.

<sup>5)</sup> De belli inter Anglos et Americanos gesti caussis et fatis deque decretorum Berolinensis et Mediolanensis in Americanorum gratiam antiquatione vid. KOCH, *Hist. abrégée des traités de paix*, par SCHOELL, IX, p. 407 sqq. — *Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état*, XI, 361 sq. — WHEATON, *Hist. des progrès*, II, 261. — WHEATON, *Éléments*, II, 134. — Quamquam autem hoc bellum extitibus de mercatura prohibita ortum est, pace tamen Gandavensi, d. 24 Dec. a. 1814 ieta, nec jura neutralitatis definita sunt, nec sancta est regula: «libera navi libera merx.” Vid. SCHOELL, l. l. IX, p. 471.

hostilis immunitatem pertinet, quandoquidem in illis libertibus non mercium *proprietatis*, sed *originis* ratio habebatur. Hae autem systematis continentalis leges eo magis a nostro proposito alienae habendae sunt, quod eo vigente nulla fere gens revera media fuisse videtur. NAPOLEON enim, qui totam sibi Europam subjicere mente agitabat, nullum populum pace frui passus est, nisi qui contra Anglos eadem illa edicta adhibebat, quae merces Anglicas ubivis repertas publicari, quin et comburi juberent. Quapropter nemo facile contenderit, regulam „libera navi libera merx” ex NAPOLEONTIS decretis ullo modo adhiberi potuisse. Ubi enim in ipsarum gentium pacatarum tabernis horreisque merces ex Anglia oriundae, quamquam amicorum proprietas, publicabantur, haud magis merx Anglicana a capture immunis esse potuit, quoties in navibus mediis, quae Anglico nomine oneratae essent, reperta fuit <sup>1)</sup>.

Nihilominus tamen NAPOLEON, dum severa haec edicta per totam fere Europam vigebant, ab omnibus gentibus auxilia petivit, ut contra Anglos marium libertatem vindicare posset, eoque praetextu usus est, ut omnes sibi civitates adjungeret suaequa ditioni subjiceret. Quin etiam ejus Administer DE BASSANO, quum a. 1812 a Senatu peteret, ut militum numerus augeretur, eo Imperatoris sy-

<sup>1)</sup> De systemate continentali vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* X, 304 sqq. — KOCH, *Hist. abr.*, par SCHOELL, X, p. 96 sqq. — DE MARTENS *Précis du droit d. gens mod. de l'Europe*, II, p. 283—289. — *Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état*, IX, 341 sqq., X, 7 sqq.

stema defendere conatus est, quod opus esset contra Anglos ea placita vindicare, quae de libera mercatura gentium in bello mediarij pace Rheno-Trajectina in perpetuum usum recepta fuissent, quaeque Galli postea nunquam (sic!) deseruissent<sup>1)</sup>. Recte quidem his Gallorum jactationibus Angli responderunt, pace Trajectina jura neutralitatis non universe fuisse definita, neque etiam illius pacis stipulationes inter Anglos et Gallos ullam vim habere, quippe quae pace Ambianensi non fuissent renovatae<sup>2)</sup>. Quod responsum gallico sermone in diario publico *«le Moniteur»* tradendum, multisque notis additis refellendum curaverunt Imperatoris Administri, quarum adnotationum mala fides luce clarius appareat. Contra has Gallorum ratiocinationes, a comite d'HAUTERIVE insuper propugnatas<sup>3)</sup>, eleganter et recte nobilissimus GENTZIUS duos scripsit libellos memoriales<sup>4)</sup>, quorum nonnulla argumenta nobis sufficient ad ostendendum

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* X, 390—396. — KOCH, *Hist. abr.* par SCHOELL, X, p. 125. — Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état, XI, 359 sqq.

2) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* X, 396—402. — KOCH, *Hist. abr.* par SCHOELL, X, 127.

3) Mémoire sur les principes et les lois de la neutralité maritime accompagné de pièces officielles justificatives (Rédigé par le comte d'HAUTERIVE, en 1812). In DE GARDEN, *Hist. gén.* XI, 94—115.

4) Observations sur le rapport du Ministre des relations extérieures de France, servant d'introduction aux décrets sur une nouvelle organisation de la garde nationale (Rédigées par M. DE GENTZ, au mois de mai 1812); quas exhibit DE GARDEN, *Hist. gén.* XI, 4—39. — Et Observations sur les décrets de Berlin et de Milan, et les ordres du

quaenam fides tribuenda sit verbis Administri, contentis jura neutralitatis, ab Anglis spreta, Gallis semper maximopere cordi fuisse. Pax enim Rheno-Trajectina, ut supra<sup>1)</sup> jam vidimus, non diligenter et accurate jura neutralitatis inter gentes Europaeas constituit, sed peculiaria foedera, a. 1713 inter varios populos icta, de gentium mediarum mercatura varias continent stipulationes<sup>2)</sup>. Quum autem, quod ad jura neutralitatis et ad regulam »libera navi libera merx“ attinebat, Gallus ad pacem Rheno-Trajectinam provocaret, in mente is habebat foedus a. 1713 inter Galliam et Angliam ietum, quo inter plura neutralitatis praesidia etiam mercis hostilis in mediis navibus repartae immunitas sancita erat. Illae vero stipulationes, ex mera comitate (*un simple compliment diplomatique*) a. 1783 et a. 1786 iteratae<sup>3)</sup>, pace Ambianensi, priora foedera non renovante, omissae erant; a quo igitur tempore articuli foederis Trajectini omnem vim inter Galliam et Angliam ami-

---

conseil Britannique à l'occasion des notes du Moniteur ajoutées à la déclaration du gouvernement Anglais du 21 Avril 1812, pour servir de suite aux Observations sur le rapport du Ministre des relations extérieures de France du 10 Mars (Écrites par M. DE GENTZ, au commencement de Juin 1810); obviae in DE GARDEN, *Hist. gén.* XI, 39—94.

Dolemus nobis defuisse opus: *Le traité d'Utrecht réclamé par la France, quod a. 1813 Lipsiae prodiit.*

<sup>1)</sup> Vid. supra p. 68 sqq.

<sup>2)</sup> Vid. DE GENTZ, *Observations*, in DE GARDEN, *Hist. gén.* XI,

<sup>5</sup> sqq., 42 sqq.

<sup>3)</sup> De causa hujus renovationis vid. supr. pag. 111 in not. 6.

serunt. Nec merito igitur a. 1812 bello flagrante NAPOLEON exigere potuit, ut Angli ea placita proclamarent, quae sancire per multa saecula, etiam contra potentissimam gentium consociationem, constanter recusaverant.

Nec verius Administer Imperatoris contendit, placita pacis Rheno-Trajectini (i. e. igitur foederis Anglo-Gallici a. 1713 icti) omnibus Galliae foederibus sequentibus inserta fuisse<sup>1)</sup>. Ea enim, de quibus supra Cap. IV et hoc ipso capite egimus, satis ostendunt regulam »libera navi libera merx» nunquam universe jure gentium Europaeo receptam fuisse, eamque ab ipsis Gallis ante a. 1778 unice erga eos populos observatam fuisse, quibuscum peculiariter de ea convenissent; nec dubium est, quin per Conventū et Directorii tempora exigua jurium neutralitatis ratio habita fuerit. Quod vero ad foedera attinet ista, intra annos 1713—1778 (ut supra vidimus) duo tantum a Gallis foedera icta sunt, quae regulam nostram sanxerunt<sup>2)</sup>, ipsique Galli tribus tantum annis post pacem Trajectinam, cum Urbibus Hanseaticis de placitis prorsus contrariis convenerunt. Quae enim foedera diario publico Gallico allata sunt ad *omnium foederum concentum probandum*, ea maximam partem de gentium mediарum mercatura aut prorsus silent aut

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* X, 390.

2) Nempe cum Belgio F. (quae renovatio foederis Trajectini per paucos tantum annos steterat) et cum Dania. Vid. supra p. 76.

in partem plane contrariam statuunt, quin etiam unum foedus memoratum est, *quod revera nunquam exstitit*, id nempe quod a. 1785 inter Angliam et Borussiam initum fuisse fertur!

Ex his omnibus facile efficias, qualis fides habenda sit ratiocinationibus Administris, immerito ad pacem Trajectinam provocantis. At, ubi levia et falsa adhibentur argumenta, aliud consilium verbis subesse debet. Nec hac in re finis, quo spectabat Imperator, latebat. NAPOLEON enim, Anglis mari impar et ingentibus licet reportatis victoriis frustra tamen eos terra fatigare conatus, omnibus modis eorum mercaturam industriamque extinguere gestiebat, quo hostem sibi aemulum tandem in potestatem suam redigeret. Quum post pacem, quae Ambiani, et praesertim post eam, quae Tilsitae icta est, magis magisque gentes Europaeas aut suae ditioni subjecisset, aut foederibus in suas partes traxisset, insatiable ejus dominandi studio imprimis Anglia fortiter resistere pergebat; nec facile ei contigisset ut ceteras gentes ad belli mercatorii, quod ab eo praesertim inde tempore cum Anglis egit, partes suscipiendas perduceret, nisi effecisset ut Anglia per totam fere Europam communis haberetur hostis. Propterea, quamvis ipse edictis prohibitoriis et igniferis ne subditorum quidem proprietati parceret, quamvis ipse omnes gentes medias, quae a portibus suis naves mercesque anglicas arcere recusabant, bello persequeretur, quamvis tandem aa. 1801, 1802, 1803 et 1806 cum Anglis agens ne verbum

quidem de juribus gentium mediarij agnoscendis fecisset<sup>1)</sup>, nihilominus tamen se gentium mediarij patrum in vindicanda mercaturae libertate proclamavit. Ita tutelam libertatis marium p[re]se ferens, omnem gentium libertatem oppressit<sup>2)</sup>.

Postquam autem plerasque gentes Imperator coegerat ut ad systema continentale accederent, eodem sane consilio stipulationes de libera navigatione deque regula »libera navi libera merx« adhibuit, quo certius socios suos ab Anglorum amicitia removeret. Itaque effecit, ut in plerisque foederibus, quae ceteros populos secum inire coegit, ad pacem Rheno-Trajectinam, quippe quae (ut jactabat) iura neutralitatis sanxisset, provocaretur, e. g. in foederibus cum Borussis d. 24 Febr. a. 1812 (art. 4)<sup>3)</sup>, cum Austria d. 14 Mart. 1812 (art. 7)<sup>4)</sup>, cum FERDINANDO VII, rege Hispaniae, in oppido Valençay d. 8 Dec. a. 1813 (art. 8)<sup>5)</sup>. Cogebantur adeo gentes ad probanda platica foederis Anglo-Gallici Trajectini, codicis enjusdam universalis instar, quod tamen foedus inter ipsas gentes con-

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.* IX, 306; XI, 37.

2) Vid. DE GENTZ, *Observations*, I, 1.

3) DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 414. — Vid. KOCH, *Hist. abr.*, par SCHOELL, X, 117.

4) DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 427. — Vid. KOCH, *Hist. abr.*, par SCHOELL, X, 123.

5) DE MARTENS, *Nouveau Recueil*, I, 654. Quod tamen foedus, renitentibus Hispaniae ordinibus, non fuit sancitum. — KOCH, *Hist. abr.*, par SCHOELL, X, 327. — *Mémoires tirés des papiers d'un homme d'état*, XII, 272 sq.

trahentes vigore jam desierat. Ita NAPOLEON, qui ope systematis continentalis omnium fere gentium mercaturam maritimam diruit, praetextu libertatis marium tuendae usus esse videtur, ut, proclamatis placitis Angliae odiosis, reliquarum gentium cum Anglis consociationem prohiberet, hostemque, quem viribus navalibus oppugnare non valeret, mercatura prohibita oppimeret.

Nocuit autem sistema istud continentale ipsis Gallis reliquisque Europae gentibus magis fere quam Anglis, quin etiam Galliae jugum omnibus gentibus maxime odiosum reddidit. Bellum reciprocae prohibitionis inter Angliam et Galliam gestum, quod Conventus Nationalis et Directorii tempora in memoriam revocabat, totam fere mercaturam Europacam delevit, ob eandemque caussam haud diu obtainere potuit<sup>1)</sup>. Ubi vero Imperatoris dominatio fracta est, omni opera id studuerunt gentes Europeae, ut damna resarcirent, quae severum prohibitionis jugum necessario secum traxerat, et corruit simul aedificium, nullo satis firme fundamento superstructum.

---

Ex his omnibus tamen abunde patet, regulae: »libera navi libera merx» hac periodo majorem quam antea ra-

---

<sup>1)</sup> »Ce plan de prohibition de Lisbonne à Pétersbourg et de Cadix à Odessa ne fut pas une haute idée, comme le dit M. Thiers, «mais une impossibilité absolue.» Ita JOS. GARNIER in COQUELIN, *Dictionnaire de l'Économie politique*, in voce: *Blocus continental*.

tionem habitam fuisse. Plures enim populi se conjunxerant ad eam inter reliqua neutralitatis jura vindicandam. Mox, ubi metus rerum in Gallia conversarum hanc dissolvērat consociationem, eadem gentium mediarum jura alterum patrocinium nacta sunt populorum, belli calamitates remissioni horum jurium praeferentium. Etiamsi porro foedera a. 1801 inita regulam nostram neglexerunt, ac per aerumnosa imperii Galici tempora omnis fere gentium mediarum mercatura prohibita fuit, progressum tamen juris gentium Europaei quod ad nostram regulam attinet etiam in systematis continentalis historia animadvertisimus. NAPOLEON enim, quamquam revera jura gentium mediarum haud magnopere curans, eorum tamen tutelam praetexit, ut sibi ceterarum gentium consociationem pararet. Russiae porro Imperator d. <sup>26 Oct.</sup> <sub>7 Nov.</sub> a. 1807, Anglorum amicitiam deserens, foedera pristina gentibus mediis mediocriter faventia rupit et placita CATHARINAE denuo proclamavit <sup>1)</sup>. Ex eo quod gentes toties ad eadem placita provocabant, quodque eorum proclamatio apta esse videbatur ad populorum favorem conciliandum, jure efficere licet, placita illa satis firme et universe gentium animis fuisse probata. Fatemur quidem clamores de mari libero deque regula: »libera navi libera merx» proprios esse solere iis populis, qui potentioribus cedant; — fatemur quoque ipsas eas gentes, quae fortissime ad ea placita provocarent, saepenumero contraria prorsus et opposita

1) Vid. DE GARDEN, *Hist. gén.*, X, 348 sqq.

agendi ratione usas esse; sed eorum tamen proclamatio, toties idque a tot Europae gentibus iterata, satis aperte ostendere videtur, eo ipso prohibitae mercaturae tempore regulam non minus utilem et salubrem quam cetera neutralitatis jura gentibus Europaeis plerisque placuisse.

Constanter vero Angli, a consueta via haud multum recedentes, ea placita oppugnare pergebant. Praeterea, quamdiu reliquae gentes immunitatem mercis hostilis, in navibus mediis repertae, quam verbis probabant, facto violare non desinebant, ea sane immunitas jure gentium Europaeo recepta haberi nequit. Restaurata autem a. 1815 politica Europae conditione spei locus erat, fore ut jura neutralitatis inter gentes accurate et diligenter in sempiternum usum definirentur et sancirentur, ne in posterum eadem inde quae antea lites orirentur. Quam tamen spem fefeller eventum, ostendent ea, in quae proximo capite inquirendum erit.

## CAPUT SEXTUM.

QUID NOVISSIMA FOEDERA DE IMMUNITATE MERCIS HOSTILIS  
IN NAVIBUS MEDIIS REPERTAE STATUANT.

Quum post bella, quae per viginti amplius annos totam subverterant Europam, gentium principes et legati convenissent, ut Europaeum aequilibrium restituerent, limitum definitiones et principum commoda adeo omnium animos intentos tenuerunt, ut jura illa neutralitatis, quae toties bellis ansam vel praetextum dederant, alto silentio pressa sint. Neque enim foederibus, quae annis 1814 et 1815 Parisiis icta sunt, neque ipsius Congressus Vindobonensis conventionibus jura gentium earum, quae in bellis oriundis medias partes tenuissent, universe definita sunt aut statuta<sup>1)</sup>). Ni-

<sup>1)</sup> Vid. WHEATON, *Hist. des progrès*, II, 106. — WHEATON, *Éléments*, II, 111.

hil igitur certi de immunitate aut publicatione mercis hostilis in navibus mediis repertae unanimo consensu sancitum est in nobilissimo illo gentium conventu, quem rectius quam concilia, olim Monasterii et Trajecti ad Rhenum habita, codicis juris gentium Europaei auctorem dixeris.

Ceterum nulla postea ad haec nostra usque tempora inter primarias Europae gentes maritimas bella gesta sunt. Rarissimae igitur fuere depraeationes bellicae, nec (quantum novimus) de regula »libera navi libera merx» peculiares lites agitatae sunt. Non quidem haec nostra tempora omni caruerunt disceptatione de libera navigatione ac de jure belli maritimi, quod ad piraticam cohibendam paniendamque <sup>1)</sup>, et ad loca obsessa attinet <sup>2)</sup>; quamquam autem haec capita ad navium onerisque publicatio-

<sup>1)</sup> De quaestione, quatenus pateant gentium jura in prohibenda piratica, et quosnam fines hac in re observari oporteat, ne reliquum gentium jura laedantur, vidd. (DE BROGLIE) *De la piraterie*, in *Revue Française*, №. 1, Janvier 1828, p. 150 sqq. — Cl. C. A. DEN TEX, *Wetten over Zeeroof, Prijzen en Buit, Kaapvaart*, in DEN TEX en VAN HALL, *Regtsg. Bijblad*, II, 1840, p. 369, sqq. etc.

<sup>2)</sup> Quum bellum, inter Daniam et Slesvico-Holsatiam a. 1848 gestum, nonnullis litibus cum gentibus mediis de territorio medio, de navibus bellicis belligerantium in portus medios recipiens, de obsidio ansam dederit, de hisce omnibus rebus denuo hoc nostro tempore scriptores eruditi egerunt, inter quos vidd. Cl. C. F. WURM, *Das Blokaderecht im dänischen Kriege [1848—1850]* (in *Zeitschrift f. d. gesammte Staatswissenschaft*, 1852, 2 u. 3 heft, p. 476 sqq.), qui ostendit Danos placita Neutralitatis armatae, quod ad portuum obsidium attinet, deseruisse; — DR. KARL VON KALTENBORN, *Kriegsschiffe auf neutralem Gebiet* (Hamburg 1850).

nem spectant, ideoque cum argumento nostro quodammodo cohaerent, hoc tamen loco ea missa facere debemus. Nec magis huc spectat controversia, quae nostro tempore agitata est de jure naves inspiciendi, quo efficacius serorum Afrorum mercatura tollatur, de quo negotio in Congressu Vindobonensi convenerat; haec enim quaestio, quamquam marium et navigationis libertatem spectans, eo tamen nomine a materia nobis proposita differt, quod non belli sed pacis praesertim tempore agitari solet, neque igitur ad jura *neutralitatis* pertinet.

Quum itaque post Congressum Vindobonensem de juribus neutralitatis, quod quidem ad nostrum argumentum attinet, nullae publice inter gentes disceptiones habitae, nec lites agitatae sint, difficillime dijudicari potest, quid hodie jus gentium Europaeum de immunitate mercis hostilis in navi media repartae praecipiat. Ad quaestionem tamen hanc solvendam aliquantum inservire possunt foedera mercaturae et navigationis, quae novissimo tempore inita sunt.

Quum enim quae in posterum gerentur bella magisque ad gentium commercia spectare debeant, saepissime foederibus mercaturae et navigationis, pacis tempore post restauratam rerum Europaearum faciem ad hunc nostrum usque diem ictis, capita inserta sunt, ad tutelam jurium neutralitatis spectantia, multaque pacta reperiuntur, quibus regula »libera navi libera merx“ sanctitur. Quorum quidem praecipuorum foederum enumeratio

ab hoc loco aliena videri nequit. Quamvis enim unum et alterum eorum fortasse nos fugerit, ex iis tamen quae sequuntur quodammodo patebit, quatenus hodieque immunitatem mercis hostilis in navibus mediis repertae tueantur gentes.

Immunitas nimirum mercis hostilis in navibus mediis repertae sancita est foederibus, quae inter se inierunt Suecia et Resp. Civ. Foed. Amer. d. 4 Sept. a. 1816<sup>1</sup>), — Dania et Borussia d. 17 Jun. a. 1818<sup>2</sup>), — Sardinia et Resp. Uruguay d. 29 Oct. a. 1840<sup>3</sup>), — Dania et Gallia d. 9 Febr. a. 1842<sup>4</sup>).

Saepissime praeterea nostro tempore foedera inita sunt, quae regulam »libera navi libera merx» inter pacientes gentes observandam sanciunt, quoties tertia

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil man. et prat.*, III, 308. — Art. 12, instaurat articulum 7 foederis inter easdem gentes d. 3 Apr. a. 1783 initi, quo regula »libera navi libera merx» sancita erat. Vid. supra pag. 111. — Eadem renovatio obtinuit in foederis, quod d. 4 Jul. 1827 inter easdem initum fuit, articulo 17. DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. IV, 96.

<sup>2)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I., III, 378. — Art. 17. — Renovatum est hoc foedus d. 26 Maj. a. 1846 DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 679.

<sup>3)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 86. — Art. 10. »Ambedue Alte Parti contraenti riconoscono che nel caso che una delle due fosse in guerra con una terza potenza, la bandiera neutrale dell'altra assicura il legno e le persone, eccettuati gli uffiziali ed i soldati al servizio effettivo del nemico, e copre eziandio le proprietà, meno gli articoli di contrabbando di guerra.«

<sup>4)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 170. — Foedus a<sup>i</sup> 1742 (de quo vid. supra p. 75 sq.) instauratur inter Daniam et Galliam.

civitas, quacum altera gens paciscens bellum gerat,  
ipsa quoque regulam probaverit. Plerumque tamen his  
stipulationibus addita est clausula, qua regula "hos-  
tili navi merx hostilis" praescribitur, quoties ex pre-  
dicta stipulatione immunitas mercis hostilis in navi me-  
dia repartae observetur. Hacc quidem conditio, cuius  
in foederibus prioris temporis nulla exempla reperiuntur,  
sed quae novissimis pactis, a civitatibus Americanis ini-  
tis, semper fere sancitur, quibusnam caussis tribuenda  
sit, ex sententiarum discriminis explicari potest, hodie  
inter gentes receptarum. Supra enim vidimus, Ame-  
ricanos saeculo superiore exeunte multa damna accepisse  
ex discrepantibus gentium Europaearum regulis de merce  
hostili navibus mediis imposita aut liberanda, aut publi-  
canda. Ne igitur in posterum, quamdiu neutralitatem  
sequerentur, suarum mercium navibus populi belligeran-  
tis vectorum publicationem pati deberent ab iis genti-  
bus, quibuscum de regula "libera navi libera merx et  
contra" convenissent, dum a ceteris populis beneficium  
regulæ impetrare nequirent, mutuo belligerantibus ob-  
servandam conditionem posuerunt, ex qua regulæ ejus  
abolitio aut probatio penderet. Foedera, quibus talis  
stipulatio inserta est, inita fuerunt  
d. 22 Febr. 1819 inter Rempubl. Civ. Fod. Amer.  
et Hispaniam <sup>1)</sup> , —

---

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* III, 410. —  
Art. 12.

- d. 3 Oct. a. 1824 inter Rempubl. Civ. Foed. Amer. et  
Columbiam<sup>1)</sup>, —
- d. 4 Dec. a. 1825 inter Civ. Foed. Americ. Remp. et  
Confoederationem Americae Centralis (Guatemala)<sup>2)</sup>, —
- d. 12 Dec. a. 1828 inter Civ. Foed. Americ. Remp.  
et Brasiliam<sup>3)</sup>, —
- d. 5 Apr. a. 1831, inter Civ. Foed. Americ. Remp.  
et Civitatem Mexicanam<sup>4)</sup>, —
- 

1) DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* III, 602. — Art. 12 praedictam conditionem ita sancit: «Toutefois, il est entendu et convenu que les stipulations contenues dans le présent article, et qui portent que *le pavillon couvre la marchandise*, ne seront applicables qu'aux puissances qui reconnaissent ce principe; mais si l'une des deux parties contractantes est en guerre avec une tierce puissance, et que l'autre garde la neutralité, le pavillon de celle-ci couvrira la propriété des ennemis, dont le gouvernement aura reconnu le même principe.” — Art. 13. «Il est, de plus, convenu que dans le cas où le pavillon de l'une des puissances contractantes protégerait les propriétés des ennemis de l'autre puissance, en vertu des stipulations précédentes, il sera toujours entendu que les propriétés neutres, trouvées à bord des bâtiments ennemis, seront considérées comme propriétés ennemis, et sujettes, comme telles, à la saisie et à la confiscation, à moins que ces propriétés n'aient été chargées sur ces navires avant la déclaration de guerre, ou même lorsque cette déclaration n'aurait pu parvenir à leur connaissance; et il est convenu que deux mois après la déclaration, les sujets de l'une et de l'autre puissance ne pourront plus prétexter cause d'ignorance. Au contraire, si le pavillon neutre ne protège pas les propriétés des ennemis, les biens et les marchandises des neutres embarqués sur les bâtiments ennemis seront libres.”

2) DE MARTENS et DE CUSSY, *Rec. man. et prat.* III, 645. — Artt. 14 et 15.

3) DE MARTENS et DE CUSSY, l. 1. IV, 188. — Artt. 14 et 15.

4) DE MARTENS et DE CUSSY, l. 1. IV, 308. — Artt. 16 et 17.

- d. 16 Maj. a. 1832 inter Civ. Foed. Americ. Remp.  
et Rempublicam Chili <sup>1)</sup>, —  
d. 13 Nov. a. 1836 inter Civ. Foed. Americ. Remp.  
et Confoederationem Peru-Bolivianam <sup>2)</sup>, —  
d. 13 Jun. a. 1839 inter Civ. Foed. Americ. Remp.  
et Rempublicam Aequatoris <sup>3)</sup>, —  
d. 25 Sept. a. 1839 inter Galliam et Rempublicam Te-  
xanam <sup>4)</sup>, —  
d. 25 Mart a. 1843 inter Galliam et Venezuelam <sup>5)</sup>, —  
d. 6 Jun. a. 1843 inter Galliam et Rempublicam Ae-  
quatoris <sup>6)</sup>, —  
d. 28 Oct. a. 1844 inter Galliam et Rempublicam  
Granadae Novae <sup>7)</sup>.

Reperiuntur praeterea nonnulla foedera, quibus nulla  
de neutralitate stipulatio inserta est, nisi ut, si al-  
tera gentium paciscentium bellum gerat, inter gentes  
paciscentes ea observari debeant, de quibus ipsa bellum  
gerens cum reliquis gentibus convenerit. Ita statuunt  
e. g. foedera, quae inter se inierunt

Urbes Hanseaticae et Brasilia, d. 17 Nov. a. 1827 <sup>8)</sup>, —

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. IV, 343. — Artt. 12 et 13.

<sup>2)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. IV, 448. — Artt. 11 et 12.

<sup>3)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 3. — Artt. 15 et 16.

<sup>4)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. IV, 617. — Art. 4.

<sup>5)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 290. — Art. 17.

<sup>6)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 320. — Art. 16.

<sup>7)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 647. — Art. 20.

<sup>8)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. IV, 131. — Art. 10: <sup>a</sup>Dans

Urbes Hanseaticae et Resp. Mexicana, d. 7 Apr. a.  
1832<sup>1)</sup>, —  
Urbes Hanseaticae et Venezuela, d. 27 Maj. a. 1837<sup>2)</sup>, —  
Urbes Hanseaticae et Graecia, d.  $\frac{31 \text{ Maj.}}{12 \text{ Jun.}}$  a. 1843<sup>3)</sup>.

Permuliis autem novissimi temporis foederibus gentes sibi invicem liberam mercaturam et navigationem ad portus hostium concedunt, si bellum eruperit, cuius altera gens paciscens partes susceperebit, altera neutralitatem observante. Hujus liberae cum hoste mercaturae plerumque duae tantum exceptiones statui solent, nimirum quod ad mercium vetitarum vecturam, atque ad navigationem ad portus obsessos attinet. Quamquam autem his stipulationibus norma »libera navi libera merx,» disertis verbis adjuncta non sit, ejus tamen sanctio ei et consilio harum stipulationum effici posse videtur. Nisi enim gentes paciscentes de immunitate mercis hostilis in navibus amicis repartae convenire voluissent, stipulationi liberam cum hoste mercaturam concedenti non tantum exceptio addi debuisset, qua mercium vetitarum, sed etiam qua mercium hostilium vectura prohibebat.

---

Le cas où l'une des parties contractantes se trouverait en guerre, tandis que l'autre serait neutre, on est convenu que tout ce que la partie belligérante aurait stipulé avec d'autres puissances d'avantageux au pavillon neutre, servira encore de règle entre le Brésil et les villes anséatiques."

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 155. — Art. 11.

<sup>2)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. IV, 470. — Art. 16.

<sup>3)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, I. I. V, 311. — Art. 16.

tur, quam exceptionum conjunctionem e. g. sanxit foedus Petropolitanum, a. 1801 inter Anglos et Russos initum. Quum vero mercium hostilium transvectio recta species sit mercaturae gentis mediae cum hoste, eam licitam esse putamus quoties liberae cum hoste mercaturae unice exceptiones de merce vetita deque locis obcessis a gentibus paciscentibus praescriptae sint. Ejusmodi stipulationes inveniuntur in foederibus, quae icta sunt d. 8 Jan. a. 1826 inter Galliam et Brasiliam <sup>1)</sup>, — d. 9 Jul. a. 1827 inter Borussiam et Brasiliam <sup>2)</sup>, — d. 26 Apr. a. 1828 inter Daniam et Brasiliam <sup>3)</sup>, — d. 1 Maj. a. 1829 inter Nederlandiam et Columbiam <sup>4)</sup>, — d. 8 Aug. a. 1830 inter Galliam et Regnum Tunetanum <sup>5)</sup>, — d. 11 Aug. a. 1830 inter Galliam et Regnum Tripolitanum <sup>6)</sup>, — d. 18 Febr. a. 1831 inter Borussiam et Remp. Mexicanam <sup>7)</sup>, —

1) DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* IV, 1. — Art. 21.

2) DE MARTENS ET DE CUSSY, I. I. IV, 107. — Art. 11.

3) DE MARTENS ET DE CUSSY, I. I. IV, 161. — Art. 10.

4) DE MARTENS ET DE CUSSY, I. I. IV, 209. — *Staatsblad* 1830, N°. 6. — VAN DIJK, *Répertoire*, n°. 194. — Art. 17.

5) DE MARTENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* IV, 252. — Art. 1.

6) DE MARTENS ET DE CUSSY, I. I. IV, 255. — Art. 2. Ut foedere, triduo ante cum regulo (beij) Tunetano inito, ita etiam hoc foedere libertas mercaturae cum hoste conceditur, quoties illa ab intraque belligerantium parte agnosceretur.

7) DE MARTENS ET DE CUSSY, I. I. IV, 263. — Art. 12.

- d. 4 Dec. a. 1836 inter Sueciam et Graeciam <sup>1)</sup>, —  
d. 18 Sept. a. 1840 inter Nederlandiam et Remp. Texanam <sup>2)</sup>, —  
d. 30 Jul. a. 1842 inter Austriam et Rempubl. Mexicana <sup>3)</sup>, —  
d. 10/22 Febr. a. 1843 inter Nederlandiam et Graeciam <sup>4)</sup>, —  
d. 20 Mart. a. 1843 inter Portam Ottomanicam et Lusitaniam <sup>5)</sup>, —  
d. <sup>29 Jan.</sup> <sub>10 Febr.</sub> a. 1846 inter regnum Hanoveranum et Graeciam <sup>6)</sup>.

E variis igitur his novissimorum foederum stipulationibus patet, multas gentes Europaeas, simulac sistema continentalē corruisset <sup>7)</sup>, denuo jura gentium mediarum inter se statuisse et regulam „libera navi libera merx” confirmasse, quam pleraque jam antea, ad Neutralitatis armatae foedera accedentes, sanxerant. Ostendunt qui-

<sup>1)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, l. I. IV, 459. — Art. 13.

<sup>2)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, l. I. V, 55. — *Staatsblad* 1841, no. 21. — VAN DIJK, *Répertoire*, no. 287. — Art. 16.

<sup>3)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, l. I. V, 193. — Art. 13.

<sup>4)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, l. I. V, 282. — *Staatsblad* 1843, no. 34. — VAN DIJK, *Répertoire*, no. 297. — Art. 20.

<sup>5)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, l. I. V, 300. — Art. 2.

<sup>6)</sup> DE MARTENS et DE CUSSY, l. I. V, 607. — Art. 17.

<sup>7)</sup> Jam ante Congressum Vindobonensem nonnullae gentes priorem mercaturae conditionem et priora pacta foedere inter se instauraverant, uti e. g. Gallia et Hispania d. 20 Jul. a. 1814 (art. add. 2), Hispania et Dania d. 14 Aug. a. 1814 (art. 3), rel.

dem ipsa stipulationum quae attulimus verba, unanimo consensu nihil inter gentes statutum fuisse, sed peculiaribus tantum stipulationibus inter singulas civitates, easque plurimas, immunitatem mercis hostilis navibus mediis impositae sancitam esse. Quamdiu vero non universe ab omnibus gentibus immunitas ea recepta atque expressis verbis proclamata est, non facile si populi, qui eam desiderant, nulla conditione addita eam sancire possunt, quandoquidem habent quod metuant ne e regularem, quae apud varios populos receptae sunt, discrepantia maxima damna patientur. Et revera, quamquam deficien- tibus negotiationibus et gentium disceptationibus pu- blice habitis nonnisi e foederum articulis aliquid de regulae nostrae a gentibus facta probatione efficere licet, ex his tamen praeumptionis instar judicium aliquod de peti potest. E foederum enim stipulationibus animad- vertere licet, omnes fere gentes Europaeas et America- nas hodie regulam »libera navi libera merx» probare videri, sed cum ejus sanctione plerumque regulam con- trarium: »hostili navi merx hostilis» conjungere. Sed uti tot foedera adsunt, quae illas stipulationes continent, ita nullum foedus invenimus, quo Angli post congressum Vindobonensem regulam salubrem sanxerint<sup>1)</sup>, quin

---

<sup>1)</sup> Nam foedus, quod d. 31 Maj. a. 1839 inter Angliam et re- gnum Arabiae (Imanat de Maskat) ictum est, jura neutralitatis verbis adeo vagis et incertis definit, ut mercatura terrestris potius quam libera mercium hostilium per mare vectura concedi videatur: hujus enim nonnisi in exceptione mentio fit. Art. 13 ita statuit: »Si

etiam hoc nostro tempore Anglia cum sola gente, cuī  
inde a saeculo XVII dimidiato constanter immunitatem  
mercis hostilis in navibus mediis repertae concesserat<sup>1)</sup>,  
de placitis plane contrariis convenit<sup>2)</sup>. Quum igitur  
nullum testimonium adsit, quo probetur, Anglos a placitis  
suis de juribus gentium in bellis mediarum relaxasse<sup>3)</sup>,  
nihilque certi unanimo saltem consensu inter gentes sta-

---

la Reine d'Angleterre ou S. A. le Sultan se trouvaient en guerre  
avec un autre pays, les sujets de S. M. Britannique et ceux de  
S. A. le Sultan pourront néanmoins se rendre dans ce pays, *en*  
*passant par les états respectifs* des deux puissances, avec des mar-  
chandises de tout genre, excepté des munitions de guerre; mais  
ils ne pourront entrer dans aucun port ou lieu assiégué ou soumis  
à un blocus effectif." DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil man.* et  
*prat.* IV, 594. — Ceterum haec stipulatio cum regno adeo re-  
moto et exiguo in jure gentium Europaeo haud magnam vim ha-  
bere poterit.

<sup>1)</sup> Foedus enim inter Angliam et Lusitaniam a. 1654 ictum (de  
quo vid. supra pag. 56) usque ad annum 1810 viguit, et a. 1815  
renovatum est.

<sup>2)</sup> Foederis enim, d. 3 Jul. a. 1842 inter Angliam et Lusitaniam  
initi, art. 11 haec habet: «La liberté réciproque de commerce et  
de navigation, stipulée par le présent traité, ne sera point étendue  
à la contrebande de guerre, ni à des objets appartenant aux enne-  
mis de l'une ou l'autre des parties.

Il est fait mutuellement abandon de la faculté accordée par les  
straités antérieurs aux navires de chacun des deux pays, de trans-  
porter des objets et des marchandises quelconques appartenant  
aux ennemis de l'autre pays." DE MARTENS et DE CUSSY, *Recueil*  
*man.* et *prat.* V, 179.

<sup>3)</sup> Revera metus Anglorum stipulationes liberales de neutralitate  
maritima interdum impedivit. Foedus enim a. 1833 inter legatos  
Belgiae et Reip. Civ. Foed. Amer. ictum, cuius art. 12 regulam  
alib. navi lib. merx" statuebat, a gubernatoribus Belgicis sancitum

tutum sit, haud miramur hodie regulam, de qua egimus, non universe neque absolute, ne ab iis quidem gentibus, quae eam quam maxime propugnant, admetti. Hanc ob caussam hodie multa foedera (imprimis Civitatum Americanarum, ut probant stipulationes supra allatae) aut non sanciunt eam regulam nisi addita conditione, si mutuo a beligerantibus observetur, aut de juribus neutralitatis omnino silent<sup>1)</sup>, aut illa jura ad ulteriora conventa remittunt<sup>2)</sup>.

---

non fuit, quod placita contineret, quae non universe probata et Anglis imprimis odiosa essent. »Il aurait été peu politique pour la Belgique de se mettre en opposition avec cette puissance (la Grande-Bretagne) sur une matière, qui éveille si facilement les susceptibilités de la première nation maritime, et au moment surtout où toutes les difficultés de la question hollando-belge subsistaient." Ita DE GARCIA DE LA VEGA, *Recueil des traités et conventions concernant le royaume de Belgique* (Brux. 1850) p. 20, in adnotat.

1) E. g. foedera inita d. 2 Nov. a. 1826 inter Daniam et Sueciam, d. 25 Jul. a. 1840 inter Nederlandiam et Galliam, d. 26 Aug. a. 1842 inter Angliam et Uruguayam, d. 11 Jan. a. 1842 inter Angliam et Russiam, rcl. Plura foedera memoravit BERG VAN MIDDELBURGH, *Over de vraag*. I. I. pag. 253.

2) E. g. foederis, quod d. 1 Maj. a. 1828 inter Remp. Civ. Foed. Amer. et Borussiam ictum est, articulus 12 instaurat articulum 12 foederis a<sup>i</sup> 1799 (de quo vid. supra p. 130, not. 1), hac addita clausula: »Les parties contractantes désirant toujours, conformément à l'intention déclarée dans l'article douze dudit traité de 1799, pourvoir entre elles, ou conjointement avec d'autres puissances maritimes, à des stipulations ultérieures qui puissent servir à garantir une juste protection et liberté au commerce et à la navigation des neutres, et à aider la cause de la civilisation et de l'humanité, s'engagent ici, comme alors, à se concerter ensemble sur ce sujet, à quelque époque future et convenable." DE MARETENS ET DE CUSSY, *Recueil man. et prat.* IV, 169. — Similiter ad futuras conventiones relegantur stipulationes de juribus gentium

Simulac vero Anglia aperte antiqua Consulatū Maris placi-  
ta missa fecerit, nullum dubium adesse videtur, quin ab om-  
nibus gentibus regula "libera navi libera merx" recipiatur.  
Non tamen prius illa jure gentium Europaeo *universe*  
confirmata esse dici poterit.

in bellis mediarii in foederibus iectis d. 4 Mart. a. 1835 inter  
Austriam et Graeciam (art. 15) et d. <sup>31 Jul.</sup> <sub>12 Aug.</sub> a. 1839 inter Grae-  
ciam et Borussiam (art. 20). — DE MARTENS ET DE CUSSY, 1. 1.  
IV, 420 et 615.

## CONCLUSIO.

Historiam regulae "libera navi libera merx" breviter exposuimus, quantum siverunt et vires et fontes. Videlicet gentes olim aequae belli ac pacis tempore sua tantum commoda curasse, neglectis exterorum iuribus. Simulac vero humanitatis sensus et vis mercaturaे invaluerunt, neutralitatis in bello ratio haberi coepit, et leges de ea satis universe definitae sunt, secundum quas merces et naves, quae gentium mediarum proprietas essent, immunes erant, merces vero hostiles, ubique reperiae, praedonibus addicebantur. Haec placita, usque ad saeculum XVII satis universe recepta, sancxit Consulatus Maris, qui per totam fere Europam viguit. Non vero constanter haec praecepta gentibus placuerunt. Quum enim in dies magis extenderetur mercatura transvectionis (*vrachtaart*), publicatio mercium

hostilium navibus mediis impositarum effecit, ut gentes belligerantes naves medias nullas conducerent, utque adeo gentium mediарum omnis fere mercatura transvectionis pessum daret. Quapropter qui populi huic mercaturaе parti operam dare solebant, a reliquis impetrare conati sunt, ut quaecunque merces in navibus mediis reperirentur, eae a praedonum captura immunes forent. Inter eos, qui hoc modo navigationis libertatem vindicaverint et jus gentium Europaeum renovarint, insignem locum Belgas tenuisse, nobis animadvertere licuit. Aegre vero eam immunitatem ii populi concesserunt, qui viribus navalibus longe praestantes ex navium merciumque capture maximopere lucrari solebant. Ideo regula "libera navi libera merx" universe probari nequit, sed initio privilegii instar, plerumque aliis privilegiis compensati, singulis gentium pactis constitui debuit. Hoc modo crebris saeculo XVIII inserta fuit foederibus, donec pace Rheno-Trajectina, qua tota fere Europa pacabatur, primariae gentes maritimae eam multis foederibus sanxerunt; unde factum est, ut magis magisque jure gentium Europaeo receptum iri videretur. Quam tamen spem et speciem sefellit eventus. Gallia enim et praesertim Anglia, quae ab eo inde tempore princeps in Europa gens maritima extiterat, conventionibus ineundis et depraedationibus sinendis quam maxime regulae illi obstiterunt, eamque omnibus modis prohibere conatae sunt. Multae jam gravesque lites saeculo XVIII agitatae sunt de ea vel recipienda vel abroganda,

nec ceterarum gentium conatus valuerunt ad eam uniuersè constituendam. Quid vero stipulationes, singulis pactis insertae, quae nonnisi contrahentes obligabant, efficere poterant, dum Anglia, mari potentissima, constanter Consulatūs Maris placita vindicabat? Non enim inde firmum juris gentium fundamentum constitui poterat, nisi populi conjunctim iisdem placitis accederent, eaque vi adhibita, si opus esset, tuerentur. Quod experti fuerant principes et respublikeae, a. 1780 foedera ineuntes de Neutralitate armata, quibus coram tota Europa adversus Anglorum depredationes proclamata est immunitas mercis hostilis navibus mediis impositae, aequitati quippe et rectae rationi consentanea. Nec tamen valuit haec tot potentissimorum popolorum consociatio ad efficiendum, ut Angli iisdem placitis accederent. Quum porro ipsae illae gentes, quae Neutralitatis armatae principia acerrime propugnaverant, orta magna illa rerum in Gallia conversione, Anglorum amicitiam praesidio gentium mediarum praetulissent, in re praedatoria barbarie tempora redierunt. Quamquam autem populi, qui nonnisi ob imminentia temporum pericula a regula »libera navi libera merx» discesserant, iterum consociationem de Neutralitate armata inierunt, altera tamen Russorum declaratio tanta quanta prior consensione gavisa non fuit. Necato enim PAULO I, ALEXANDER a. 1801 foederi pacis, quod post bellum ob lites de juribus neutralitatis gestum initum est, placita liberae mercium hostilium vecturae obnoxia inseri passus est, ut reliqua gentium mediarum privilegia impetraret. Insecutae sunt cala-

mitates systematis continentalis, commodis et juribus gentium locum non relinquenter. Provocatio autem ad jura neutralitatis et ad regulam nostram, qua NAPOLEON, ut plerarumque sibi gentium amicitiam compararet, usus est, probat hanc regulam plerisque placuisse gentibus. De gentium vero in bello mediarum juribus, quae toties litium caussam praebuerant, neque in Congressu Vindobonensi neque postea unanimo consensu inter gentes Europaeas quicquam convenit, ita quidem ut hodierno jure gentium Europaeo nullae de iis certae neque accurate definitae regulae constitutae esse dici possint. Ostendunt vero novissimorum foederum stipulationes, regulam „libera navi libera merx“ plerisque gentibus etiam hodie placere, eam vero nondum universe et absolute jure gentium Europaei recipi ideo, quod, quamdiu metus adsit ne una gens potentissima belli tempore contraria placita professa sit, haec discrepancia reliquas quoque gentes impedit, quominus sibi invicem liberam mercium hostilium transvectionem universe concedant.

De libera igitur transvectionis in bello mercatura per plura saecula pugna fuit gentes potentiores inter et eas quae viribus navalibus inferiores essent, quarum illae depraedationem, hae vero navigationis libertatem vindicarunt. Certamen hoc componere nec valuerunt virorum prudentissimorum consilia, nec crebrae foederum stipulationes, nec populorum consociations, nec renata amicitia, quies, pax. Quodsi iterum bellum

erumpat (quod Deus avertat!), caedem rursus inter populos belligerantes et medios controversiae orientur, eadem argumenta afferentur pro regula »libera navi libera merx» et contra liberam mercium hostilium vectaram, quorum disceptationem in omnibus fere Europaeis et Americanis civitatibus agitata nobis investigare licuit. Manifestum igitur omnium gentium officium est, opportuno tempore ea placita stipulari, quae futura damna, quantum fieri potest, minuant. Ad quae bellorum damna avertenda maxime valent conatus, ut firmetur persuasio, ab humanitate abhorrere in homines privatos et inermes, nihil mali suspicantes, belli calamitates transferre, atque ut ita barbarus praedonum usus abrogetur. Quamdiu vero gentes in bellis maritimis depraedationem patiuntur, quae in bellis terrestribus hodie apud plerosque in contemptum abiit, depraedationis tantum commodis minutis aperiri poterit via ad ejus abrogationem tandem impetrandam. Eo tendit libera mercium hostilium vectura, cuius universa concessio, aequitati et mercaturae commodis congrua, si gentium consociatione vindicari nequibit, foederum saltem stipulationibus a plerisque gentibus hodie impetrari poterit. Vidiimus enim permultis foederibus novissimis liberam cum hoste mercaturam et immunitatem mercis hostilis in navibus mediis repartae esse sancitas, et quamvis Anglia nondum probaverit, se a pristinis Consulatūs Maris de neutralitate maritima placitis, quod ad oneris navi mediae impositi capturam attinet, remisisse, est tamen quod speremus,

fore ut eadem illa, quae nuperrime mercaturam, quae pacis tempore agatur, per duo saecula Lege Navali CROMWELLI gravatam, fere liberam proclamaverit, itidem belli tempore navigationem gentium mediarum tutam reddere non diutius recuset.

Sed uti constat, regulam »libera navi libera merx» hodie maximopere propugnandam esse, ita contrariam regulam »hostili navi merx hostilis» cum illa conjungere non licet. Haec enim, plerumque (quin etiam novissimis foederibus) in compensationem immunitatis oneris hostilis concessa ab iis gentibus, quae a potentioribus priorem impetrassent, adeo aequitati adversatur, ut nemo facile inveniatur, qui eam defendat, nisi ideo quod in investigatione de mercium domino nonnulla commoda afferat. Utilitatis vero gratia justitia violari non debet. Quapropter uti merx hostilis navibus mediis imposita, ita etiam merx, quae gentium mediarum proprietas est, quamquam in navibus hostilibus reperta, ab omni tamen capture immunis manere debet. Quae quidem placita simulac universe inter gentes recepta erunt, lucra, quae praedae atque ipsa adeo bella belligerantibus afferre solent, magna ex parte diluentur, ipsorumque bellorum caussae saepius evanescunt. Quod vero ut fieri possit, pacis, qua gaudemus, tempore omni ope nitendum est, ut unanimo gentium consensu jura neutralitatis vindicentur atque accurate definiantur. Plane enim assentimur iis, quae de firmando neutralitate regni Belgici

scripsit vir cl. ARENDT<sup>1)</sup>: »qu'on ne dise pas que rien  
»ne presse, qu'au milieu d'une paix profonde, au sein  
»d'une situation qui paraît éloigner pour longtemps toute  
»chance de guerre, il n'y a aucun danger de remettre  
»le règlement de ces questions, qu'il sera toujours temps  
»d'y songer quand des perturbations graves sembleront  
»prochaines et que la paix générale se trouvera réel-  
»lement compromise. Il nous est impossible de par-  
»ger cette opinion. Les préoccupations qui surgiraient  
»dans un pareil moment de tous côtés et pour tous, ne  
»permettraient à personne de donner à l'examen de ces  
»questions l'attention et la maturité, réclamées par la  
»gravité des intérêts qui s'y rattachent. Pour avoir  
»négligé de négocier en temps utile avec une liberté  
»d'action parfaite, on serait peut-être forcé de céder aux  
»besoins du moment, à l'urgence de la situation et d'  
»accepter des stipulations, dans lesquelles on sacrifierait  
»des intérêts essentiels et dignes de toute protection,  
»à la nécessité de sortir du dépourvu, où l'on aurait été  
»surpris par les événements.”

Auream igitur regulam, de qua egimus, humanitatis  
testem, ob oculos habeant gentes Europaeae!

---

<sup>1)</sup> *Essai sur la neutralité de la Belgique*, p. 210.

## THESES.

I.  
Non assentiendum videtur STINTZINGIO (*Das Wesen der Bona fides und Titulus in der Röm. Usucapionslehre*, Heid. 1852, p. 39): »Bis gegen die Zeit der classischen Juristen gehörten in die Sphäre des Furtum auch die Immobilien.“

## II.

In iis tantum contractuum innominatorum casibus poenitere licet, qui mandati similitudinem habent.

## III.

Minus recte cl. PUCHTA (*Gewohnheitsrecht*, I, 142): »man sollte, ait, von einer Völker- oder Staatenmoral, aber nicht von einem Völkerrecht sprechen.“

IV.

Usus navium praedatoriarum improbandus est.

V.

Placitum »libera navi libera merx» probandum est.

VI.

Aequitati repugnat placitum »navi hostili merx hostilis.»

VII.

Pace Rheno-Trajectina jura neutralitatis maritimae non in legem universalem definita ac sancita fuerunt.

VIII.

Articulus 1601 C. C. Ned. praestat articulo 1733 C. C. Gall.

IX.

Heres, qui propter debita defuncti convenitur, dum de adeunda aut repudianda hereditate deliberat, differendum judicium, non vero negandam esse actionem intendere debet.

X.

Ad indicandum domicilium incolae majoris nihil efficit, quo loco minor adhuc domicilium habuerit necessarium.

XI.

Articulus 76 C. M. Proc. non ita explicandus est, ut res facti actori non sint probandae.

XII.

Contra album creditorum comprobatorum, ex articulo 826 C. M. legitime clausum, recursus non datur.

XIII.

In explicanda voce »nuit» (C. P. art. 381, rel.) mores loci judici attendendi sunt.

XIV.

In constituenda incendii poena legislatori diei et noctis ratio habenda est.

XV.

Reo absoluto damnum illatum publice resarciendum est.

XVI.

Improbanda videtur infinita praeviam rei interrogacionem iterandi facultas, quam articulus 96 C. Q. C. traxit judici delegato.

XVII.

Voce »gezindheden» in art. 168 Leg. Fund. Ned. sig-

nificantur universitates ecclesiasticae (*kerkgenootschappen*),  
non vero singuli coetus (*gemeenten*).

XVIII.

Disruptum plane Civitatem inter et Ecclesiam vinculum  
utriusque commodis obest.

XIX.

Recte M. CHEVALIERE (*Examen du système commercial connu sous le nom de système protecteur*, Paris 1852, p. 120): »La politique commerciale, pour être bonne, doit faciliter les importations autres que celles d'or et d'argent."

XX.

Stipulationes usurarum legibus non circumscribendae sunt.

---

CORRIGENDA

Pag.	14 lin. 21	pro: rec.	lege: rev.	Revis.
"	15 "	7 "	de praedonum capturis	
"	23 "	12 "	caput	" caput
"	30 "	13 "	decreverunt	" decreverint
"	34 "	5 "	cum	" una cum
"	36 "	2 "	mercessequi	" merces sequi
"	56 "	14 "	solitae	" solitarum
"	72 "	18 "	enumere us	" enumeremus
"	84 "	15 "	1713;	" 1713
"	96 "	12 "	extit	" extitit
"	96 "	25 "	expressa	" expressum
"	123 "	4 "	exectionibus	" exceptionibus
			compulerat	" compulerant

C. C. B. L.

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177

177